



# Catalogus codicum manu scriptorum Bibliothecae Universitatis Rheno-Trajectinae

<https://hdl.handle.net/1874/9359>

*Klassieke Ceessade*

ACZ 188

## CATALOGUS

# CODICUM MANU Scriptorum

BIBLIOTHECAE UNIVERSITATIS

RHENO-TRAJECTINAE.

I



TRAJECTI AD RHENUM  
TYPIS KEMINK ET FIL.

HAGAE COMITIS  
APUD MART. NIJHOFF.

1887.



## LECTORI S.

---

*Hunc librum conscribens non id agebam ut via ac ratione de codicibus manu scriptis dissererem sed ut indicem conficerem quo singuli libri possent cognosci cum e titulis tum e descriptionibus. Eadem opera commemoratum est quam fieri potuit accuratissime, unde libri manuscripti in hanc bibliothecam pervenerint.*

*Iam anno 1835 Vir clarissimus Ph. Guil. van Heusde, catalogo librorum typis mandatorum edito, aliud quid pollicitus erat: „De codicibus manu scriptis singulatim erit agendum, ubi horum catalogum edituri sumus.” Hoc tamen consilium perficere non potuit, quare mihi ignotum est quid de codicibus traditurus fuerit, sed in praefatione librorum catalogi quem dedit conspectum de bibliothecae historia postea ampliorem reddere atque in uno altero diario edere in animo est.*

*Ab hoc loco non est alienum viris doctissimis W. H. van de Sande Bakhuyzen Ultraiecti et I. H. Hessels Cantabrigiae gratias quam maximas agere, quod me in hoc catalogo corrigendo benevole adiuverunt, nec silentio praetereunda est opera, quam Amanuensis industrious ac diligens P. J. D. van Dokkum mihi praestitit in hoc libro confiendo. Multum autem me debere confiteor viro clariss. J. G. R. Acquoy in Universitate Leidensi professori, qui maiore parte libri mei perfecto, varia ac diversa me docuit monuitque. — Postremo in manuscriptis*

*Orientalibus describendis vir clariss. P. de Jong et vir doct. M. Roest  
M. f., conservator librorum Hebraicorum in bibliotheca Amstelodamensi,  
in codicibus historicis tractandis vir ampliss. S. Muller F. f. mihi opem  
tulerunt; fragmenta autem poematum prisca lingua Belgica conscripta  
vir clariss. H. E. Moltzer, et partem codicum liturgicorum vir venerandus  
J. H. Hofman mecum descripserunt, quibus omnibus gratum animum  
habere me profiteor.*

P. A. TIELE,  
*Bibliothecae praefectus.*

## T A B U L A.

### Codices Graeci, N°. 1—28.

Cf. N°. 860, 920, 922, 924, 942.

### Codices Latini.

Biblia; Patres ecclesiastici, N°. 29—129, 398.

Multa opuscula patrum etiam in codicibus sequentibus inveniuntur.

Theologia et Philosophia mediæ aevi, N°. 130—397.

Cf. etiam codices praecedentes et N°. 711, 737, 816, 824, 842, 843, 1009,  
1036, 1177.

Theologia et Philosophia recentioris temporis, N°. 433—604.

Cf. N°. 994, 1376, 1461.

Jurisprudentia, N°. 605—678.

Cf. N°. 145—149, 261, 283, 292, 318, 357, 386, 824, 886.

Medicina, N°. 679—707.

Cf. N°. 237, 318, 630, 634, 723, 849.

Physica, Chemia, Historia naturalis, N°. 708—721.

Cf. N°. 312, 722, 723, 724, 727, 849.

Mathesis, Astronomia, N°. 722—731.

Cf. N°. 292, 317, 688, 694, 824.

Historia, Geographia, N°. 732—802.

Cf. N°. 373 in fine, 391, 685, 886, 1053.

Litterae (Poetae, Oratores, Grammatici, Philologi, Epistolographi),  
N°. 803—1005.

Cf. N°. 120, 784, 1347, 1348, 1349.

### Codices Belgici.

Theologia et Philosophia, N°. 1006—1081.

Cf. N°. 357, 1329, 1335.

- Jurisprudentia, Oeconomia politica, N°. 1082—1166.
- Historia, Geographia, N°. 1167—1327.  
Cf. N°. 796, 1146, 1152.
- Litterae, N°. 1328—1354.  
Cf. N°. 134, 774, 859, 884, 885, 991, 992, 994, 996, 997, 999, 1000.
- Medicina, Historia naturalis, N°. 1355—1362.  
Cf. N°. 237, 387, 694, 707, 708, 994, 1173, 1328.
- Mathesis, Astronomia, cet., N°. 1363—1373.
- Codex Islandicus, N°. 1374.
- Codices Germanici, N°. 1375—1387.
- Codices Angliei, N°. 1388, 1389.
- Codices Gallici, N°. 1390—1413.  
Cf. N°. 634, 816, 837, 994, 1000, 1004, 1177, 1348.
- Codices Italici, N°. 1414—1417.  
Cf. N°. 994, 1002.
- Codices Hispaniei, N°. 1418—1421.
- Codex Slavonicus, N°. 1422.
- Codices Hebraici, N°. 1423—1429.  
Cf. N°. 530—532, 537, 538, 1457.
- Codices Arabici, N°. 1430—1465.  
Cf. N°. 532.
- Codices Persici, N°. 1466—1473.
- Codices Turcici, N°. 1474—1476.
- Codex Armenicus, N°. 1477.
- Codices Indici, Malaici, cet., N°. 1478—1483.
- Codex Sinicus, N°. 1484.
- Libri typis impressi eum notis mss., N°. 1485—1582.

## CODICES GRAECI.

1 (Gr. 5) *Membr. fol. 204 ff. et 13 fragmenta foliorum. Saec. IX* I. A. 7  
*litt. uncial.*

### Evangeliorum fragmenta.

Vid. Jod. Heringa El. fil. *Disputatio de codice Boreeliano nunc Rheno-Trajectino, ab ipso in lucem protracto.* Edidit Henr. Egb. Vinke. *Traj. ad Rh. 1843.* — In edit. Novi Testamenti Graeci V. Cl. Tischendorf codex hic vocatur F.

Codex, a Joa. Boreel (postea pensionarius ordinum Zelandiae † 1629) ex Oriente adactus, saec. XVIII in bonis erat familiae Roukens Noviomagi et ex libris J. M. Roukens Senat. Arnhem. aº 1842 (?) in bibliothecam Univ. Ultraj. pervenit.

2 (Gr. 6, antea 279b.) *Membr. fol. 297 ff. Saec. XI vel XII.* I. B. 26

### Joannes Chrysostomus, Expositio Evangelii sec. Matthaeum.

Fol. 1a. Τοῦ ἐν ἀγίοις πατρὶς ὄμοδν Ἰω(άννου).... τοῦ Χ(ρυσοστόμου) ἔρμηνείᾳ εἰς τὸ κατὰ Ματθαῖον ἄγιον εὐαγγέλιον βιβλιον β κε(φάλη).... "Αλλην παραβολὴν etc. (Concordat cum initio Homiliae XLVI al. XLVII ad cap. XIII v. 24). — Fol. 297b explicit Homilia XC alias XCI. In fine: Τέλος τῆς ἔρμηνείᾳ τοῦ κατὰ Ματθαῖον Εὐαγγελίου: Ἐγράψη δὲ βιβλος αὕτη διὰ χειρὸς Ἀντωνίου μοναχοῦ καὶ ἀμαρτωλοῦ. Παρακαλῶ σὺν πάντας, cet.

3 (Gr. 7, antea 279l.) *Charta orient. 4º 104 ff. Saec. XII?* I. C. 1  
Joannes archiepisc. Nicaeae, De natalibus J. Christi epistola ad Zachariam catholicum Armeniae, fol. 1—6a.

Incipit: Ο θεος ἀπόστολος ποτὲ γράφων.

(Euthymius Zigabenus), Epistola contra Armenios ejusdem mentis Eutychii et Dioscori, Timothei Eruli etc., fol. 6a—32.

Incipit: Ἐπειδήπερ Εύτυχης καὶ Διόσκορος. Quaedam desunt.

Leontius Scholasticus Byzantinus, Liber de sectis, fol. 33—63a.

Titulus est: Σχόλια Λέοντος σχολαστικοῦ, βυζαντίου etc. Deest Praxeos V finis ut et Praxis integra VII et initium VIII.

**Gregorius Neocaesariensis episcopus**, De anima liber, fol. 63b—67a.

**Libellus cui titulus: Διατί λέγεται βασιλεὺς ὁ Χριστός**, fol. 67a—69b.

Incipit: Ὡς μόνος ἔξουσιαστής etc.

**Dialogus Nestorii haeretici et Cyrilli archiepiscopi Alexandrini**, fol. 69b—70b.

Incipit: Νεστόριος εἶπεν· Όταν ἡ θεία γραφή.

**Eustratius diaconus magnae Ecclesiae, Dialogus de imaginibus**, fol. 71a—76a.

Incipit: Ἡ λατρεία μόνη ἀρμόττει.

**Euthymius (Zigabenus), Epistola de secta Massalianorum sive τῶν πογομῆλων**, fol. 76a—79.

Incipit: Ἀδελφοί μου ἄπαντες. Finis dēst.

**Ejusdem Explicatio haereseos τῶν πογομῆλων (sive Massalianorum)**, fol. 80—96.

Incipit: Πηγὴ μὲν τις βορβορώδης.

**Ex Synodice Sophronii patriarchae Hierosolymitani (de hacresibus et hacresiarchis)**, fol. 97—104.

Incipit: Χρὴ πάντα χριστιανὸν.

Ex libris Marci Meibomii.

*I, F, 20*  
4 (Lat. 8) *Charta. 4° 31 ff. Saec. XVI ineuntis.*

**M. Tullius Cicero**, Cato major sive de senectute, e Latino in Graecum versus a Theod. Gaza.

Ex libris Joh. Sambuci.

*I, G, 1*  
5 (Gr. 25) *Charta. 16°. 48 ff. Saec. XV.*

**Ιεροδιακονικὸν** sive Liber ecclesiasticus sacer Graecorum quo continentur omnia ad diaconi munus obeundum in re divina et officiis.

Fuit Mc. Meibomii.

*I, C, 2*  
6 (Gr. 13, antea 279k.) *Charta. 4°. 335 ff. Saec. XVI.*

**Thucydides**, de bello Peloponnesiaco.

Initium usque ad I, 7 (ἔχουσαι χρημάτων) dēst. — In fronte legitur: „Tuchidide in octo libri fatto di mr. Stefano da Pessa dottore in filosofia et greco lege publico.” In fine „Joannis Petri Lucensis; Joannis Petri Estensis.” Bibliothecae d.d. Vir el. W. van Gleeff Ultrajectinus. 1707.

*Zia: A. Kleinlogel: Beobachtungen aus demigen „recensionen“ des Thuk. Heidelberg, 1957.*

**7** (*Gr. 3, antea 279d.*) *Charta. fol. 236 pp. Saec. XVI.*

I, A, 3

**Acta Concilii Nicaeni** ex vet. exempl. in biblioth. L. Stellae patris et  
Caroli Cardin. Borbonii.

**8** (*Gr. 27, antea 260a.*) *Charta. 4°. 130 ff. Saec. XVI.*

I, C, 13

**Apollinaris**, Interpretatio Psalmorum versibus heroicis graecis.

Ad edit. Lutet. a. 1562 descriptis Lausanna Wern. Helmichius. — Herm.  
Helmich van Well hunc cod. d.d. Gisb. Voetio et Gisb. Voetius Bibliothecae a. 1648.

**9** (*Gr. 4*) *Charta. 3 vol. fol. 331, 339 et 253 ff. Saec. XVII.* I, A, 4-6

**Etymologicum Graecum.**

In fronte legitur: „Etymologicum valde insigne Societatis Jesu. Ant(verpiae) B. P.”  
(Incipit): Ἀβάλαξι σχετλιαστικόν ἐπέρρημα etc.

**10** (*Gr. 8, antea 280o.*) *Charta. fol. 62 ff. Saec. XVII.*

I, E, 2

**Victor Antiochenus**, Commentarius in Evang. Marci.

(Incipit:) Πολλῶν εἰς τὸ κατὰ Ματθαῖον, etc.

Ex bibl. Fra. Brava de Acuña. In fronte legitur: „Origenes in Marcum ex  
Biblioth. Regis Christianiss. beneficio amicissimi Rigaltii.” Postea fuit Hadr.  
Relandi.

**11** (*Gr. 1*) *Charta. fol. 118 pp. 1651.*

I, A, 1

**C1. Ptolemaeus**, Harmoniorum II. III.

Descripti ex ms. cod. H. Savillii in Biblioth. Bodleiana et collati cum duobus alii  
codd. Oxonie conserv., cura Ger. Langbainii Praepos. Colleg. Regin. Oxon  
Apr. 1651. — Ex libris J. Seldeni.

**12** (*Gr. 2*) *Charta. fol. 80 pp. Saec. XVII.*

I, A, 2

**C1. Ptolemaeus**, Harmoniorum II. III.

Apographum codicis praeced. manu M. Meibomii.

**13** (*Gr. 9*) *Charta. fol. Saec. XVII.*

I, A, 8

**Apographa** codicum Graecorum cum var. lection., manu Marc. Mei-  
bomii.

Heliodori philosophi περὶ τῆς τῶν φιλοσόφων μυστικῆς τέχνης. 8 pp.

Marini Neapolitani Πρόκλος ἢ περὶ ἐνδαιμονίας. 27 pp.

Procli archiepisc. Constantinopolit. εἰς τὸ γενέθλιον τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ.  
7 pp.

Σύναξις ἐκ τῶν ἐκκλησιαστικῶν ἴστοριῶν περὶ τῶν κατὰ καιρὸν ἀναθέντων εἰς τὸν πατριαρχικὸν θρόνον παρὰ κανόνας, κ. τ. λ. 25 pp.

Joannis archiepisc. Nicaeae περὶ τῆς γεννήσεως τοῦ κυρίου ἡμῶν.... Λόγος κατὰ ἀρμενίων. (Cum versione Latina). 16 pp.

Euthymii Zigabeni monachi Ἐκδεσίς περὶ τῆς αἱρέσεως τῶν πογωμάτων. 43 pp.  
Cf. supra № 3.

#### I, A, 9 14 (Gr. 10) Charta. fol. Saec. XVII.

##### Apographa ut praeced.

Asclepius Trallianus (Comment. in Nicomachi Arithmeticam 132 pp. Incipit Ἐπεὶ δὲ ψυχὴ, cet. — „M. Meibomius ex cod. ms. Regiae Christinae descripsi Stockholmiae 1652.”

Michaeli Pselli Κεφάλαια περὶ τῶν σύρανίων σωμάτων καὶ τῆς τούτων κινήσεως. 28 pp. — „Ex cod. Jos. Scaligeri in Biblioth. Leidensi descripsi Leidae 1648. Mc. Meibomius.”

(Thomas Magister). Γραμματικὴ τοῦ μαγίστρου. Συλλογὴ ἀττικῶν ὀνομάτων, etc. 40 pp.

Dionysii Catonis Disticha ex paraphr. graeca Planudis, 10 pp. Cum collat, edit. Venet. a. 1545.

Furtum Palladii, Gr. et Lat. (duo apographa in 4°. 13 et 12 pp.)

Εἰς τὰ Εὐκλείδου στοιχεῖα προλαμβανόμενα ἐκ τοῦ Πρόκλου σποράδην καὶ κατ’ ἐπιτομὴν, (Acc. alia, Graece). — „M. Meib. ex cod. ms. Jac. Golii..., haec descripsi Lugd. Bat. 1651.”

Notae et Characteres Musici veterum; Arithmeticā quaedam, etc. 18 pp.

#### I, A, 10 15 (Gr. 11) Charta. fol. 218 pp. Saec. XVII.

##### Apollodorus, Poliorcetica.

Fol. 1a: ἐκ τῶν Ἀπολλοδώρου πολιορκητικῶν. Ἀνέγνων σου δέσποτα, cet. — Apographon manu Marci Meibomii.

#### I, C, 1 16 (Gr. 12) Charta. 4°. 148 pp. Saec. XVII.

##### Hero Alexandrinus, Spiritalium liber, Graece cum Lat. vers. Fed. Commandini.

Ad edit. Urbin. a. 1575. — Cum lect. var. III codicum manu Marci Meibomii.  
Ad calcem quaedam e cod. Scaligeri 45 in biblioth. Leidensi.

#### I, C, 7 17 (Gr. 18) Charta. 4°. 66 ff. Saec. XVIII.

##### Josephus (Christianus), Hypomnesticon. Acc. alia quaedam.

In fronte legitur: „Descr. Cantabrigiae a 1706 ex cod. membr. Biblioth. publ. qui olim fuit Theodori et postea Mt. Parkeri archiepisc. Cantuariensium.”

- 18 (Gr. 14) *Charta 4°. 504 pp. Saec. XVIII.* I. C. 2  
**S. Cyrillus Alexandrinus, Lexicon alphabeticum.**  
 Fol. 1a Τοῦ ἀγίου Κυρίλλου . . . Λεξικὸν κατὰ στοιχεῖον. Α. Ἀπίνα σημαῖνει, etc.
- 
- 19 (Gr. 23) *Charta. 4°. 102 ff. Saec. XVIII.* I. F. 1  
**Ἐξήγησις τῆς ἀγίας καὶ ἵερᾶς Λειτουργείας.**  
 Fol. 2 (Tabula capitum). Fol. 3b Διὰ τί μὴ ἐκ τῆς ἀρχῆς ἐν τῷ θυσιαστηρίῳ τίθηται μετὰ τίμα όδός. Fol. 96. "Ἐκθεσις τῆς Λειτουργείας τῶν Δαστέλλων."  
 „Bibliothecae donavit J. L. Le Comte V. D. M. in Ecclesia nostra Valonum a. 1752."
- 
- 20 (Gr. 16) *Charta. 4°. 260 ff. Saec. XVIII.* I. C. 5  
**Epigrammata inedita Anthologiae Graecae.**  
 Magna ex parte manu Pt. Burmanni.
- 
- 21 (Gr. 22) *Charta. 4°. 18 pp. Saec. XVIII.* I. C. 11  
**Paralipomena Jeremiae prophetae. Liber apocryphus.**
- 
- 22 (Gr. 15) *Charta. 4°. 74 pp. Saec. XVIII.* I. C. 4  
**Philetas Cous, Fragmenta.**  
 Manu Pt. Burmanni Secundi.
- 
- 23 (Gr. 17) *Charta. 4°. 22 pp. Saec. XVIII.* I. C. 6  
**Collectanea anonymi in Nicandrum.**  
 Ad cod. Lugd. Bat. asserv. descripsit R. M. van Goens.
- 
- 24 (Gr. 19) *Charta. 4°. 50 pp. Saec. XVIII.* I. E. 3  
**Fragmenta veterum Graecorum cura et studio Jos. Scaligeri, cum ejusdem emendationibus.**  
 „Descripti ex adversariis ejus mss. in Biblioth. L. Bat. R. M. van Goens.”
- 
- 25 (Gr. 28) *Charta. 4°. 58 pp. 1764.* I. C. 14  
**Scholia Graeca inedita in Dionysii Periegesin e Bibl. Reg. Paris. cod. 2833, coll. cod. 2772, fol. 1—31.**  
**Initium Scholiastis Graeci locupletiss. sed mutili, ex eodem cod. 2772, descripti, fol. 33—44.**

**Dionysius**, Periegesis, ex edit. Hillii collata cum eodem cod. 2772,  
fol. 49—58.

„Descripti ex apographo Dav. Ruhnkenii. R. M. van Goens. 1764.”

*I A. 24*      **26 (Gr. 85) Charta. fol. 40 ff. Saec. XVIII.**

**Inscriptiones** veteres Graecae et alia antiquitatis monumenta, Smyrnae  
vicinisque in locis descripta et delineata ab Herm. van der  
Horst illic quondam Ecclesiast.

Ex libris Pt. Burmanni Secundi. — Insunt quaedam tabulae locationis (huur-  
cedels) Turcicae.

*I. B. 5*      **27 (Gr. 84) Charta. fol. 16 ff. 1764.**

**Sylloge** inscriptionum antiquarum, cum marmorum ac monumentorum  
delineationibus, cet.

Descriptum a R. M. van Goens ex autogr. bibliothecae Jani Wittii, postea  
Pt. Burmanni Secundi.

*I. E. 8*      **28 (Gr. 81) Charta. 4°. 44 ff. 1764.**

**Inscriptiones** antiquae in diversis itineribus aut ex quorundam anno-  
tationibus descriptae.

Descriptae a R. M. van Goens ex autographo P. Burmanni Secundi ad eum  
transmissio a. 1764.

## CODICES LATINI.

29 (Eccl. 230, antea 293g.) Membr. 4o. 261 ff. 2 col. Saec. XIII.

IV. F.9

**Biblia: Vetus et Novum Testamentum**, Latine e vers. Hieronymi.

Acc. Interpretationes hebraicorum nominum et Kalendarium.

Fol. 20b Explicant interpretationes hebraicorum nominum. Fol. 21a Genesis. (Prologus, cet.). Fol. 260b, 261a, b Kalendarium.

„Liber monasterii ordinis Canonicorum Regularium in Traiecto quem legauit eisdem magister Bernardus Wten engha canonicus ibidem in summo.”

Codex e Gallia oriundus, ut videtur. Kalendarius continet nomina sanctorum gallicorum. Die 15 Jan. legitur „Obiit Wus de Mallebrance.”

30 (Eccl. 8, antea 289a.) Membr. fol. 270 ff. 2 col., initial. pict. et deaur. Saec. XV.

III. A.9

**Biblia: Veteris Testam. pars II (Job—Machab.) et Novum Testam.,** Latine e vers. Hieronymi.

Fol. 1a. Hieronymi in librum Job prefatio. Fol. 270b. Explicit Liber apocalipsis beati iohannis apostoli.

„Est domini Petri vander Meer praepositi Embricensis.”

In den oorspr. band met kop. hocken, knoppen en sloten en titel onder hoorn: „secundum volumen.”

31 (Eccl. 486) Membr. fol.maj. 6 vol. 303, 278, 243, 268, 283 et 304 ff. quorum quaedam desunt et mulla sunt mutilata, initial. cum figuris pictis et deaur. 1464—1476.

VIII. A. B

**Biblia Latina e versione Hieronymi.**

I Genesis—Ruth. II Lib. Regum—Ezra. III Proverbia—Libri Machab. (Inest lib. Job). IV Prophetae. V Novum Testamentum. VI. Psalterium triplex; Interpretationes nominum hebraicorum.

Vol. I finitum a. 1464 in profesto S. Katharinae; II a. 1467 circa festum B. Agnetis; III a. 1468 in crastino B. Katharinae; IV a. 1470 in crastino S. Luciae. V a. 1473 in profesto S. Gheertrudis. VI: „Anno 1476 mensis Martii die 20 finitum est hoc vol. VI totius biblie Zwollis in domo que dicitur domus Fratrum

seu Clericorum, sub expensis ... magistri ... Dom. Hermanni cognomine Drem,  
decretorum doctoris atque Decani S. Mariae Trajectensis, etc."

Fuit capituli S. Mariae Trajecti ad Rhenum. — Conf. Tijdschrift voor geschie-  
denis etc. van Utrecht, I (1835) p. 320. *Werken H.G., 1823, no. 13, blz. 190 (Jaco-  
bus Voet)*

*Brandkast*  
**32** (*Eccl. 484, antea 280a.*) *Membr. fol. 105 ff. Cum figuris calamo  
exaratis. Pars prima (Psalterium, etc.) saec. VIII exeuntis vel  
LX; pars secunda (Fragmenta) saec. VII vel VIII ineuntis.*

**Psalterium Latinum** e versione S. Hieronymi. Acc. Cantica S. Scrip-  
turae, Te Deum, Gloria in excelsis, Oratio Dominica, Symbolum  
Apostolorum, Symbolum S. Athanasi (Quicunque) et Psalmus  
apocryphus, fol. 1—91.

Fol. 1b Figura illustrans Ps. I. Fol. 2a Beatus vir qui non abiit Fol. 83b: CL  
Alleluia. Alleluia Laudate Dominum. (Ibid.) Canticum Isaie prophetae. Confitebor  
tibi. Fol. 88a Hymnum ad matutinis (sic). Te Deum Laudamus. Fol. 89b Gloria in  
excelsis. 90a Oratio Dominica secundum Matheum. (Ibid.) Incipit Symbolu(m)  
Apostolorum. Fol. 90b Incipit Fides catholicam (sic). Quicunque vult. Fol. 91b  
Hic psal(mus) proprio scribitur D(av)d et extra numerum cum pugnavit Goliat,  
cet. Fol. 92, 93 vacant.

**Fragmenta Evangeliorum** e versione et cum prologis S. Hieronymi,  
fol. 94—105.

Fol. 94a. Beato papae damaso hieronimus. Novum opus facere, cet. (Est prologus  
S. Hieronymi in versionem Bibliorum. Sequuntur finis Prologi in Evangelia, Praefatio  
Matthaei, capitula lectionis sec. Matthaeum, Titulus Evangeliorum, Initium Evang.  
Matthaei (I—III 4) et (fol. 105) Initium Evang. Johannis (I 1—21).

Codex fuit Rob. Cottoni, postea Wilh. de Ridder scribae municipalis Ultrajecti  
(† 1716), qui eum Bibliothecae nostrae legavit.

Qui de hoc codice scripserunt enumerati sunt a Walter de Gray Birch: „The  
history, art and palaeography of the MS. styled The Utrecht Psalter” (London  
1876). Vid. etiam: Ant. Springer, Die Psalter-Illustrationen im frühen Mittelalter  
etc. (Leipzig 1880).

*IV. D. II*  
**33** (*Eccl. 207, antea 287h.*) *Membr. fol. 144 ff. 2 col. 1475.*

**Novum Testamentum**, Latine, e vers. Hieronymi.

Fol. 1a Incipit prologus beati Jheronimi presbyteri ad damasum papam super  
quatuor euangelia. (Sequuntur: Evangelia, Actus Apostolorum, Epistolae canonicae,  
Apocalypse, Epistolae Pauli). Fol. 144b Explicit epistola beati pauli apostoli ad  
hebreos. Per fratrem Romerum monachum carthus, in domo trajecti Anno domini  
M<sup>o</sup> cccc<sup>o</sup> lxxv<sup>o</sup> in vigilia apostolorum synonis et iude.

(E monast. Carthusiens. prope Trajectum).

**34** (*Eccl. 242, antea 292t.*) *Membr. 4<sup>o</sup>. 95 ff. Saec. XII.*

*I.I. /*

**Epistolae Pauli cum argumentis.**

Fol. 1b Incipit argumentum in epistola ad Romanos. Epistole pauli ad romanos causa hec est, cet. Fol. 4a Incipit argumentum solius epistole ad Romanos. Romani sunt qui, cet. Fol. 5b Incipiunt capitula. Fol. 7b Incipit Epistola Sancti Pauli ad Romanos. Fol. 84a Incipit Epistola ad Hebreos.

„Liber Monasterii S. Pauli in Traiecto.”

**35** (*Eccl. 210, antea 293n.*) *Membr. fol. 98 ff. 2 col. 1471—72.*

*IV.E. 5*

**S. Ambrosius, Hexaëmeron II. VI. fol. 1—60.**

Fol. 60b Scriptus anno dui M<sup>o</sup>cccc<sup>o</sup> lxxi<sup>o</sup> (1471) per fratrem Jacobum Backer professum domus noue lucis ordinis Carthus. prope Traiectum. finitus sexta die septembris, cet.

**S. Basilius magnus, Homiliae IX in Hexaëmeron, Latine versae ab Eustathio, cum ejusdem praefatione, fol. 61—98.**

Fol. 61a Incipit prefacio Eustacij in Exameron basilij episcopi antiocheni. Fol. 98b Scriptus per fratrem Jacobum Backer... Anno lxxij (1472) finitus undecima die februarij.

„Pertinet ad Carthusienses prope Traiectum inferius.”

**36** (*Eccl. 39, antea 287a.*) *Membr. fol. 135 ff. 2 col. 1480.*

*I. A. 13*

**S. Ambrosius, Sermones super Psalmo „Beati immaculati” etc.**

Fol. 1b Incipiunt sermones beati Ambrosij ... super beati immaculati. Fol. 435b Explicitur sermones, cet ... Anno dñi 1480 in profesto sancte Katherine virginis.

„Liber Canoniconum Regularium in Traiecto.”

**37** (*Eccl. 106, antea 293c.*) *Membr. 4<sup>o</sup>. 169 ff. 2 col. Saec. XIV.*

*VI.K.17*

**S. Ambrosius, Expositio in Evang. sec. Lucam.**

Fol. 1b Sequentia euangelia leguntur apud nos, etc. Fol. 2a Inc. tractatus sancti ambrosij ... in euangelio secundum Lucam.

„Ego Ludolfus Backer lego hunc librum domui noue lucis Cartusianorum.” — „Hunc librum contribuit nobis Carthusiens. Dñus L. B. Canonicus Ecclesie sancti Johannis” cet. — „Pertinet ad Carthus. prope Traiectum inferius.”

**38** (*Eccl. 260, antea 283g.*) *Membr. 4<sup>o</sup>. 96 ff. Saec. XV.*

*I.I. 15*

**Paulinus presbyt., Vita S. Ambrosii, fol. 4—26a.**

Fol. 1a (Contenta volum.) Fol. 2a. Franc. petrarcha in libro de vita solitaria recommendans beatum ambrosium. Fol. 3 vacat. Fol. 4a Incipit prefacio in vitam sancti ... ambrosij. — Fol. 26b, 27 vacant.

**S. Ambrosius**, Liber pastoralis, fol. 28—36.

Fol. 27b Antiphona de Sancto Ambrosio. Fol. 28a Incipit liber pastoralis, cet.

**S. Augustinus**, Sermo ad sacerdotes et episcopos pro eorum exhortatione et instructione, fol. 37—38.

**S. Ambrosius**, Oratio ad S. Trinitatem pro extirpatione septem vitiorum capitalium, cet. fol. 39—47.

Eiusdem Oratio ante missam dicenda ... pro extirpatione fantasmatum, fol. 48—51a.

Eiusdem Oratio dicenda post celebrationem, fol. 51a—52a.

**Passio virg. et mart. Agnetis** prout eam B. Ambrosius descripsit, cet. fol. 52b—61b.

In fine: Hymni et Sequentia de B. Agneta.

**S. Ambrosius**, de passione SS. martyrum Vitalis et Valeriae uxoris et filiorum cet. fol. 61b—65b.

Eiusdem Sermo ad populum in inventione S. Gervasii et Prothasii, fol. 65b—70b.

Fol. 71 S. Augustinus in libro Confessionum de eadem inventione.

**S. Ambrosius**, de inventione et passione SS. martyrum Vitalis et Agri- colae, fol. 71b—72b.

Idem de coeco illuminato in Evang. Joh., fol. 73a—74b.

Eiusdem Sermo super (textu:) „Si filii Abrahae estis”, cet. fol. 74b—75b

Eiusdem Sermo de muliere in adulterio deprehensa, fol. 75b—79b.

Eiusdem Epistolae quaedam, fol. 80a—96a.

Fol. 80a Ad Sabinum de bono solitudinis sanctae. 81a Sabino, de conversatione Paulini postea Nolensis episc. 81b Irenaeo, quomodo Deus pluat quotidie manna. 83b Justo, quod scriptores sacri scripserint, cet. 86a Oratiano, quomodo dominus noster cet. 88a Simpliciano, de epistola Petri apost. 90b Irenaeo, de appetendo summo et vero bono.

„Liber fratrum Carthusiensium prope Traiectum conscriptus per confratrem nostrum Hectorem.”

*III, F, 6* 39 (Eccl. 96, antea 292y.) Membr. 4<sup>o</sup>. 131 ff. Saec. XV.

**S. Ambrosius**, Liber pastoralis, f. 1b—11a.

Fol. 1b. Antiphona de S. Ambrosio, cet. Fol. 2a. Incipit liber pastoralis, cet.

**S. Augustinus**, Sermo ad sacerdotes et episcopos, f. 11a—13a.

**S. Ambrosius**, Oratio ad S. Trinitatem pro extirpatione septem vitiorum capitalium, f. 13a—22a.

Idem, De virginitate II. IV, f. 23—78b.

Idem, De viduis, f. 78b—97a.

Idem, De mysteriis, f. 98—108a

Idem, De sacramentis, f. 108b—131b.

„Pertinet ad Carthusienses prope Traiectum."

**40** (*Eccl. 159, antea 295n.*) Membr. fol. 89 ff. 2 col. (Fol. 2 cum *III, D, 9*  
fig. pictis et deaur.) 1450.

**S. Augustinus**, Confessiones.

Fol. 1a. Licet sanctus Augustinus post baptismi cet. Fol. 1b. Quidam doctor de hoc libro sic dicit, cet. Fol. 2a. Incipiunt libri confessionum, cet. Fol. 89a. Expli- ciunt libri confessionum aurelii augustini episcopi, scripti per fratrem Arnoldum Aelberti, finiti anno M.CCCC.I<sup>o</sup> (1450).

„Liber monasterii Caenonicorum regularium in Traecto."

**41** (*Eccl. 226, antea 284g.*) Membr. fol. 155 ff. 2 col. (Fol. 1 cum *IV, F, 5*  
fig. pict. et deaur.) Saec. XV.

**S. Augustinus**, Confessiones.

Fol. 1a. Incipit prologus in libris confessionum Augustini. Confessionum mearum cet. (Explicit liber XIII f. 455a). Fol. 455b Recommendaciones beati augustini.

„Pertinet ad Carthusienses prope Traiectum. Scriptus nobis pro quodam alio libro quem scilicet antea habuimus et secundo dederat mgr. Jo. Galenoep."

**42** (*Eccl. 1, antea 279z.*) Membr. fol. maj. (X) et 346 ff. 2 col.,  
initial. cum fig. pict. et deaur. Saec. XV.

**S. Augustinus**, De civitate Dei II. XXII.

(Fol. 1a). Hec est tabula, cet. Fol. 1a Sentencia de libro retractationum b. augustini. Fol. 1b Incipit liber primus.... de ciuitate dei. Fol. 346b in fine:... congratulantes agant. Amen.

„Ex donat. v. ampl. Thaddaci Boekhoven." — Met 1 groote en 21 kleinere fraaie miniaturen met randwerk, in Bourgond. stijl.

**43** (*Eccl. 300.*) Membr. fol. maj. 305 ff. 2 col., initial. pictis. 1466. *IV, A, 9*

**S. Augustinus**, De civitate Dei II. XXII.

Desunt cap. 1—48 et init. 19 libri I. In fine: Explicit liber XXII.... Anno dom. 1466 per manus Lamberti Rees fratris domus dñi Florencij in Daventria in octauis visitacionis gloriose virginis marie completus.

Fuit Capituli S. Mariae Trajecti ad Rh. — Eenige der fraai geteckende initialen zijn door een ruwe hand uitgesneden.

**44 (Eccl. 32, antea 285s.) Membr. fol. 150 ff. 2 col. 1477.**

**S. Augustinus, De summa trinitate ll. XV.**

Fol. 1a. Incipiunt capitula, cet. Fol. 150a Finiti sunt hij libri de summa trinitate per me fratrem Gherardum Theoderici professum conuentus domine nostre et xii apostolorum in Traiecto ordinis Canonicorum Regularium Anno domini M<sup>o</sup>CCCC<sup>o</sup> lxxvij<sup>o</sup> mensis Julij die v.

**45 (Eccl. 13, antea 288d.) Membr. fol. (IV), 212 et (3) ff. 2 col. Saec. XV.**

**S. Augustinus, Epistolae.**

(Fol. I—III Tabula). Fol. IIIb. Epistola alippi et augustini ad castorium. Fol. IVb. (Praefatio.—Sequitur:) Epistola augustini presbyteri ad sencum valerium ypponiensem episcopum, cet. Fol. 210b. Epistola augustini ad honoratum episc. Fol. 212b, (1'), (2'), Tabulae alphabet. Fol. 3<sup>a</sup> Finitus et completus est liber iste et scriptns celebribus et ferialibus diebus per manus fratrum Regularium Canonicorum in Traiecto inferiori.

„Pertinet conventui Regularium in Traiecto.”

**46 (Eccl. 253, antea 282s.) Membr. et charta. 4<sup>o</sup>. 138 ff. Saec. XV.**

**S. Augustinus, Epistola ad Probam de oratione et modo orandi, fol. 1—10a. (11 vacat).**

Ejusdem Quaestiones Vet. et Novi Testamenti, numero CXXVII, fol. 12b—138b.

„Pertinet Regularibus in Traiecto.”

**47 (Eccl. 246, antea 292bb.) Membr. 4<sup>o</sup>. 162 ff. 2 col. Saec. XV.**

**S. Augustinus, De Genesi ad literam ll. XII.**

Fol. 1a Ex libro retractationum in libris super genesin contra manicheos. Fol. 2a Aurelij augustini in genesi contra manicheos liber primus, cet.

„Pertinet Regularibus in Traiecto.”

**48 (Eccl. 49, antea 296d.) Membr. fol. 225 ff. 2 col. Saec. XV.**

**S. Augustinus, Expositio super Psalterio. Quinquagena I.**

Fol. 1a Conuersi ad dominum deum, cet.... Incipit prologus Sancti.... Augustini super psalterium. Fol. 2, 3 desunt. Fol. 4b Explicit tractatus de psalmo primo. Incipit tractatus de psalmo secundo. Fol. 219a Incipit psalmus quinquagesimus.

„Liber monasterii Canonicorum Regularium in Traiecto,”

**49** (*Eccles. 15, antea 288b.*) *Membr. fol. 220 ff. 2 col. 1446.*

*II, A, 4*

**S. Augustinus, Expositio super Psalterio. Quinquagena II.**

Fol. 1b. Conuersi ad dominum deum, cet. Fol. 2a. Augustini secunda pars psalterij.

Incipit psalmus quinquagesimus primus. Fol. 220b Explicit quinquagena secunda beati Augustini episcopi per manus fratris Gherardi Trici (sic) regularis in Traiecto Anno domini M<sup>o</sup> CCCC<sup>a</sup> xlviij (1446) in profesto cathedre sancti petri apostoli.

„Pertinet Regularibus in Traiecto." — Oorspr. band met koperen knoppen en hoeken.

**50** (*Eccles. 28, antea 288g.*) *Membr. fol. 322 ff. 2 col. Saec. XV.*

*II, A, 8*

**S. Augustinus, Expositio super Psalterio. Quinquagena III.**

Fol. 1b. Augustinus super euangelio Confiteor.... Conuersi ad dominum deum, cet....

Incipit tractatus beati augustini episcopi de psalmo centesimo primo. Quinquagena tercya. Fol. 322a. Explicit Tractatus .... de psalmo centesimo quinquagesimo. Quinquagena tercya.

„Pertinet ad Regulares in Traiecto. — Oorspr. band met looden knoppen gedeeltelijk bewaard.

**51** (*Eccles. 91 antea 293o.*) *Membr. fol. 109 ff. 1457.*

*III, E, 9*

**S. Augustinus, de consensu IV evangelistarum II. IV.**

Fol. 1a. Retractatio beati augustini episcopi in librum de consensu quatuor evangelistarum. Fol. 109b. Explicit liber quartus, cet.... Scriptus et finitus... per fratrem Johannem Petri de Delff. Anno dni millesimo quadringentesimo quinquagesimo septimo (1457) nono die mensis aprilis qui tunc erat profestum palmarum.

„Pertinet ad Carthusienses prope Traiectum inferius."

**52** (*Eccles. 95 antea, 292ee.*) *Membr. fol. 115 ff. 1447.*

*III, F, 5*

**S. Augustinus, Sermones per circulum anni, fol. 1—83.**

Fol. 1a. Tabula sermonum. Fol. 1b. Incipiunt sermones, cet. Fol. 83b. Explicit liber sermonum.... per circulum anni. Per manus fratris Petri Ricoldi de Harderwijck canonici regularis professi in Traiecto. Sub anno domini M. CCCC. xlviij (1447).

Eiusdem Liber de cognitione verae vitac fol. 84—104.

**De conflictu vitiorum et virtutum liber, qui adserbitur B. Gregorio Papae, fol. 105—115.**

„Iste liber est monasterii Canonicorum Regularium in Traiecto."

**53** (*Eccles. 11, antea 289m.*) *Membr. fol. 170 ff. 2 col. (fol. 1 cum fig. pict. et deaur.) Saec. XV.*

*III, j, 1*

**S. Augustinus, Sermones in Evang. Johannis.**

Fol. 1a. Incipit omelia prima beati Augustini ab eo quod scriptum est In principio erat verbum, etc. Fol. 170b Explicit liber tractatum sancti augustini episcopi in ewangelio iohannis ewangeliste.

„Pertinet Regularibus in Traiecto.” — In den oorspr. band met koperen knoppen enz.

*IV, F. 8*

**54** (*Eccl. 229, antea 284s.*) *Membr. 4°. 182 ff. 2 col. Saec. XV.*

**S. Augustinus**, Sermones in Epistolam Johannis, fol. 1—51a.

Fol. 1a Incipiunt omelye numero decem Aurelij Augustini episc. in epistola beati Johannis apostoli cet. Fol. 51b, 52, 53a vacant.

Eiusdem Tractatus de cantico graduum sive Explanatio in Psalmum CXIX—CXXXIII, fol. 53b—137b.

Fol. 53b Sequens tractatus est scriptus ex quodam libro Cisterciensium, qui eo utuntur pro lectionibus in matutinis per quadragesimam unde accedit ista dimitio capitalium et distinctio accentuum. Fol. 54a. Incipit explanacio sancti augustini episcopi de psalmo centesimo decimo nono hoc est de cantico graduum. Fol. 137b Explicit tractatus b. aug. episc. de psalmo c<sup>o</sup>xxxvj<sup>o</sup> qui est ultimus de cantico graduum. Fol. 138 vacat.

Eiusdem Tractatus super sermonem Domini in monte, fol. 139—182a.

„Pertinet ad Carthusianos prope Traiectum. Iste liber est nobis scriptus pro quodam libro juris minus nobis necessario quem dederat magister Johannes Galenoep. Oremus igitur pro eo.”

*III, D. 3*

**55** (*Eccl. 137, antea 285b.*) *Membr. fol. 181 ff. 2 col. 1462.*

**S. Augustinus**, Sermones de verbis Domini, de verbis apostoli Pauli, nec non de verbis Epistolarum Canonicearum.

Fol. 1a. Incipit tabula, cet. Fol. 181b Explicit liber sermonum beati augustini.... de verbis domini nostri, cet.... Et pertinet ad Conuentum Canonorum Regularium in Traiecto. Scriptus a Theoderico Ghijsberti fratre eiusdem conuentus. Anno domini M. CCCC. lxij<sup>o</sup> (1462).

*I, L. 16*

**56** (*Eccl. 261, antea 291i.*) *Membr. 4°. min. 159 ff. quorum 81—159 binis col. Saec. XV.*

**S. Augustinus**, Sermones ad fratres in heremo, fol. 1—78.

Fol. 79, 80 vacant.

Eiusdem de libero arbitrio II. III, fol. 81a—159a.

Fol. 81a: Cum adhuc rome remorarentur, cet. Fol. 84a Capitulorum primi libri de libero arbitrio sancti augustini recollecta annotatio.

„Liber Regularium in Traiecto quem legauit eis ven. magister Bernardus Vten enghe.

57 (*Eccles. 354, antea 283d.) Charta 4<sup>o</sup>. 78 ff. Saec. XV.*

*IV. j. 2*

**S. Augustinus**, Sermones ad fratres in heremo (XXV), fol. 1—46.

In fine: Explicant sermones.... Anno domini 4469. — Fol. 47, 48: Excerpta ex S. Augustino et ex libro: „Vitae patrum.”

**S. Bonaventura**, Tractatulus de ordinatione vitae, fol. 49—51.

(Incipit:) Quicumque es qui per fidem, spem, cet.

De modo loquendi, fol. 52—54.

(Incipit:) Si vis fore sapiens, cet.

**S. Augustinus**, Sermo de hoc qui sunt boni et mali christiani, fol. 55a—56a.

Ejusdem Sermo de hoc quid sit faciendum infirmis, fol. 56b—57b  
(58 vacat).

**Caesarius (Arelatensis)**, Sermo ad monachos de humilitate, fol. 59—62a.

Ejusdem Sermo exhortat. de bello hominis contra vitia, cet., fol. 62a—64a.

In margine: Ex div. collationibus Eusebii Emisseni.

Ejusdem Exhortatio de eo quod magna pars praemii hic possidetur, cet., fol. 64a—67b.

In margine: Sermo Eusebii quintus.

Ejusdem Exhortatio de eo quod debemus esse sinceri, cet., fol. 67b—68b.

Ejusdem Admonitio de continentia a vitiis, fol. 68b—69b.

In margine: Nouus sermo Eusebii.

Sermo de caritate, fol. 70a—72a.

(Incipit:) Quod vobis vere caritatis, cet.

Sermo de eo quod scriptum est: Bonus homo de bono thesauro cordis sui, cet., fol. 72a—73b.

(Incipit:) Adivimus fratres karissimi, cet.

Epistola devota ad quendam Regularem, fol. 74a—75b.

(Incipit:) Ista sunt praeципue necessaria, cet.

**Hugo de Sancto Victore**, Tractatulus de temptationibus, fol. 76a—78a.

Ejusdem Epistola (incipiens:) Insipientem doctus, cet., fol. 78a—b.

„Pertinet fratribus domus clericorum Sancti Jheronimi in Traiecto ex legatione domini Gerardi Borch.”

I. K. 18

**58** (*Eccl. 388, antea 278s.*) *Membr. 8°. 97 ff. Saec. XV.*  
**S. Augustinus**, Tractatus de visitatione aegroti, fol. 4—20.  
 Fol. 21—23 vacant.

**Tractatus de arte moriendi**, fol. 24—50.

(*Incipit.*) Cum de presentis exilij miseria cet. — Fol. 51 Singulariter prodest quod  
huiusmodi verba dicantur ab infirmo, cet. (*Expl. fol. 52a*).

**S. Augustinus**, Liber de cognitione verae vitae, fol. 53—97.  
 „Liber iste pertinet ad Carthusienses prope Traiectum”

**59** (*Eccl. 389, antea 291dd*) *Membr. 8°. 157 ff. Prima pars saec.*  
*XV et secunda pars (fol. 83 sqq. 2 col.) saec. XIV esse videtur.*

**S. Augustinus**, Tractatus de virtute sanctae continentiae, fol. 2—20.  
 Fol. 21—23 vacant.

**Petrus (de Alliaco)** Cameracensis episcopus, Tractatus de duodecim  
honoribus S. Josephi, fol. 24—41a.

Fol. 42a: Contenta primae partis hujus vol.; fol. 43 vacat.

*per*  
**Johannes Chrysostomus**, Homilia de subscriptione Psalmi L. sive Mi-  
serere mei deus, fol. 44—65a.

Ejusdem In ipsum Psalmum L., fol. 65b—81b.

Fol. 82 vacat.

**S. Augustinus**, Liber de spiritu et anima, fol. 83a—96a.

Fol. 96a. Explicit de spiritu et anima: Reyneri Johannis Passert.

**Sermo** incipiens „Quae est ista quae ascendit de decreto”, cet. fol.  
97—102b.

**Sermo** incipiens „Quasi stella matutina in medio nebulae” etc. fol.  
102b—109b.

**S. Gregorius (magnus)**, Dialogorum liber IV, fol. 110a—131a.

Fol. 132, 133a vacant. Fol. 133b: Symbolum. Yheremias III<sup>o</sup> capitulo. Patrem  
vocabis me, cet.

**Aegidius (Romanus s. Columna?)** De virtutibus, fol. 134—138a.

(*Incipit:*) Oportet ut latitudo sermonis in unaquaque re, cet. In fine: Hec sunt  
de dictis magistri Egidij.

**Sermones** quidam, fol. 138a—141.

**S. Bernardus**, Meditationes, fol. 142—156.

(*Incipiunt:*) De vera leticia. De separacione corporis et anime.... Multi multa  
sciunt, cet.

**Liber generationis Jesu Christi**, cet. fol. 157.

„Pertinet Regularibus in Traiecto.”

**60 (Eccl. 82, antea 296k.) Membr. fol. 161 ff. 2 col. 1452.**

*III. C. 13*

**S. Augustinus, Tractatus et Sermones aliquot**, fol. 1—107.

(Fol. 1a Contenta vol.) Fol. 2a. Incipit liber beati augustini episc. de agone christiano. Fol. 9b. Inc. liber . . . de diffinicionibus recte fidei et ecclesiasticis dogmatibus. Fol. 14a. Inc. liber . . . de duodecim abusivis huius seculi. Fol. 19b. Inc. liber . . . de cura agenda pro mortuis. Fol. 28a. Inc. tractatus . . . de spiritu et anima. (Manu poster. adscr. Non est Aug.). Fol. 50a. Inc. retractacio ejusdem de duabus animabus. Fol. 52a. Inc. liber . . . de duabus animabus. Fol. 59a. Incipit tabula diuersorum sermonum beati augustini episcopi. (Sequuntur Sermones XXV quorum I est de lapsu mundi et ult. de timore Dei).

Eiusdem, **S. Hieronymi et S. Ambrosii Sermones de V. Testamento**, fol. 108—138.

Fol. 108a. Incipit tabula Sermonum Sanctorum patrum Augustini, Jheronimi et Ambrosii de vetere testamento. (Sequuntur Sermones XXV).

Eiusdem **Sermones aliquot**, fol. 138b—161a.

Fol. 138b. Explicant sermones etc. . . . Item adhuc plures et diuersi sermones beati augustini. Sermo ad parochianos suos. (Sequuntur alii XV). Fol. 161a. Explicit exemplar vere fidei beati augustini episcopi. Finitur hic liber anno 1452 per manus fratris Arnoldi Aelberti regularis in Traiecto.

„Pertinet Regularibus in Traiecto.”

**61 (Eccl. 51, antea 295x.) Membr. fol. 129 ff. 2 col. Saec. XV.**

*I. A. 19*

**S. Augustinus, Opuscula:** Disputatio contra Fortunatum presb. Manichaeorum; Liber de fide et symbolo; Liber de fide ad Petrum diaconum; Epistolae Quodvultdei diaconi et rescripta Augustini; Liber de haeresibus; Disput. contra Felicianum haereticum; Liber quaestionum LXXXIII; Enchiridion; Tract. de visitatione infirmorum; Liber de opere monachorum.

(Fol. 1a Contenta volum.) Fol. 2a Retractacio in librum augustini contra fortunatum. Fol. 129a (in fine cap. XXXI libri de opere monachorum): Hic deficiunt tria capitula.

„Liber Canonorum Regularium in Traiecto.” — Oude band met looden knoppen.

**62 (Eccl. 113, antea 282k.) Membr. 4°. 225 ff. Saec. XV.**

*III. F. 16*

**S. Augustinus, Opuscula**, scil. Liber Retractionum; De academicis; De vita beata; De ordine rerum; De quantitate animae; De im-

mortalitate animae; Soliloquia; De magistro; Sermo in cantilena psalmistae contra Donatistas abedarium.

(Fol. 1b Contenta). Fol. 2a. Incipit prologus in liber retractationum sancti augustini episc. Fol. 104, 105 vacant. Fol. 225b Explicit sermo augustini in cantilena cet.

„Pertinet Regularibus in Traiecto.”

*III, H. 2*      63 (Eccl. 124, antea 296m.) Membr. fol. 161 ff. 2 col. Saec. XV.

**S. Augustinus**, Opuscula, scil.: Liber de bono conjugali; De adulterinis conjugiis ll. II; Epistola ad Julianum de professione viduitatis; De sancta virginitate; De perfectione justitiae hominis contra Pelagianos; Hypomnesticon id est Commemoratorium sive memoriale contra Pelagianos et Celestianos; De natura et gratia; Epist. ad Xistum de gratia Dei contra Pelagianos; Epistolae II ad Valentimum et suos monachos; De gratia et libero arbitrio ad Valentimum, cet.; De correptione et gratia; De praedestinatione et gratia contra Pelagianos; De musica ll. VI.

(Fol. 1a Contenta). Fol. 1b. Incipit retractacio beati augustini in libro de bono coniugali. Fol. 161b. Explicant sex libri beati Augustini de musica.

„Pertinet monasterio Regularium in Traiecto.” — Oude band met looden knoppen.

*II, G. 3*      64 (Eccl. 267, antea 283bb.) Membr. 4°. 100 ff. Saec. XV.

**S. Augustinus**, Opuscula, scil.: Quaestiones in Evangel. sec. Matthaeum et Lucam; De catechizandis rudibus; De fide et operibus; De presentia Dei ad Dardanum episc.

Fol. 1a Retractatio beati augustini episcopi in libro questionum euangeliorum. Fol. 400b Explicit liber beati augustini episc. ad dardanum episc. de presentia dei.

„Pertinet ad Carthusienses prope Traiectum inferius.”

*IV, D. 8*      65 (Eccl. 204, antea 295t.) Membr. fol. 149 ff. 2 col. 1456.

**S. Augustinus**, Opuscula, scil.: De litera et spiritu; De octo quaestonibus ad Dulcitium; Sermo de S. Cypriano; De vita christiana; De disciplina christiana; Sermones in Epistolam Johannis apostoli.

(Fol. 1a Contenta.) Fol. 2b Retractacio beati augustini in librum de doctrina christiana. Fol. 149b. Explicit liber beati Augustini super canonicam beati iohannis. Scriptus per manus fratris Arnoldi Aelberti canonici regularis in Traiecto. Anno dñi M<sup>o</sup> CCCC<sup>o</sup> lvj<sup>o</sup> (1456) in profesto pauli primi heremite. Orate pro eo.

„Pertinet Regularibus in Traiecto.” — De hoc ms. vid. J. J. Dodt van Flensburg in: Archief v. kerk. gesch. verzameld door Kist en Royaards, III 478—81. — Oude band met looden knoppen.

**66** (*Eccl. 356, antea 283cc.*) *Membr. et charta. 4°. 144 ff. quorum 21 vacant. 1454.* *IV. J. 4*

**S. Augustinus**, Opuscula, scil.: De praedestinatione divina; De spiritu et litera; De quinque generibus hostium; De professione viduitatis; De bono conjugali; De sancta virginitate; De adulterinis coniugiis ll. II.

(Fol. 1b. Contenta). Fol. 2a. Incipit liber sancti augustini episcopi de praedestinatione. Fol. 144a. Explicit liber secundus... de adulterinis coniugiis. (In fine duorum opusculorum: Anno 1454).

„Pertinet ad Carthusienses prope Traiectum inferius.”

**67** (*Eccl. 294, antea 282m.*) *Membr. et charta. 4°. 144 ff. Saec. XV.* *IV. H. 9*

**S. Augustinus**, Opuscula, scil.: De immortalitate animæ; De quantitate animae; De duabus animabus; Sermo in cantilena psalmistæ contra donatistas abedarium; De vita beata; De magistro; De vera religione; De utilitate credendi.

(Fol. 1b Contenta). Fol. 2a Incipit liber beati augustini episc. de immortalitate anime. Fol. 54—61 vacant. Fol. 144a Explicit beati augustini episc. de utilitate credendi.

„Pertinet ad Carthusienses prope Traiectum inferius.”

**68** (*Eccl. 186, antea 296r.*) *Membr. fol. 144 ff. 2 col. 1464.* *IV. C. 7*

**S. Augustinus**, Opuscula, scil.: De sermone Domini in monte ll. II; Expositio in Apocalypsin; De gloria electorum et poena damnatorum alias de triplici habitaculo; Expos. in Epist. ad Romanos et Epist. ad Galatas; Ad B. Hieronymum de origine animae; Ad eundem de sententia S. Jacobi ubi ait quicunque totam legem servavit, cet., cum rescripto B. Hieronymi; Epist. ad Paulinam de videndo Deo; Commonitorium ad Fortunatianum episc. de eodem; Ad inquisitiones Januarii ll. II; Sex quaestiones contra paganos expositae; De mendacio; Contra mendacium; De natura boni; De divinatione daemonum contra paganos.

(Fol. 1a Contenta). Fol. 2a. Incipit retractacio beati Augustini in libros qui dicuntur super sermonem domini in monte. Fol. 144a. . . Scriptus a fratre Arnaldo Aelberti canonico regulari monasterii Regularium in Traiecto... Anno dñi M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> lxvij<sup>o</sup> (1464) xxvij die maj.

„Pertinet Regularibus in Traiecto.”

IV. J. 5<sup>v</sup>**69** (*Eccl. 269, antea 291e.*) *Membr. 4°. 116 ff. Saec. XV.***S. Augustinus**, Opuscula, scil.: De LXXXIII quaestionibus; De mendacio; Contra mendacium.

Fol. 1a. Ex primo libro retractationum in librum beati augustini episcopi de octoginta tribus questionibus. Fol. 116b. Explicit liber beati augustini contra mendacium.

„Pertinet ad Carthusienses prope Traiectum inferius.”

V. E. 4

**70** (*Eccl. 380, antea 282u.*) *Membr. 4°. 162 ff. 1458.***S. Augustinus**, Opuscula, scil.: De doctrina christiana ll. IV; De natura et gratia; Epist. ad Xistum de gratia contra Pelagianos; Epistolae II ad Valentimum; cet.; De gratia et libero arbitrio ad Valentimum, cet.; De correptione et gratia; Prosperi (Aquitani) Epistola ad Augustinum; S. Hilarii Epistola ad cundem.

(Fol. 1b. Contenta). Fol. 2a. Ex retractationibus beati augustini episc. Libros de doctrina christiana, cet. Fol. 78—82 vacant. Fol. 155a. Explicit liber... de correptione et gratia..... Finitus per fratrem Iohannem Petri Delff monachum professum domus none lucis ordinis Carthusiensis prope Traiectum Anno dui 1458 primo die sancti elizabeth vidue.

„Pertinet ad Carthusienses prope Traiectum inferius.”

III. C. 4

**71** (*Eccl. 69, antea 284a.*) *Membr. 4°. 346 ff. Saec. XV.***Auctoritates ex operibus S. Augustini de diversis materiis, ord. alphabet. digestae. Pars I (A—M).** Praec. elogia Augustini ex div. scriptor. collecta.

Fol. 1a. Beati aurelii augustini eximij doctoris intelligencia admirabilem sapientiaque commendabilem doctrinam, cet. Fol. 14—18 vacant. Fol. 19a incipit opus c. verbo: Abel. — Ultimum est Matrimonium.

„Pertinet Regularibus in Traiecto.” — Oude band met looden knoppen.

**72** (*Eccl. 417.*) *Charta. 4°. 82 ff. Saec. XV.***Basilius Magnus**, Homiliae IX in Hexaemeron, Latine versae ab Eu- stathio, cum ejusdem praefatione, fol. 1—63a.**Amphilochius** episc. Iconii, Vita et miracula S. Basillii, fol. 64—82.

II. J. 11

**73** (*Eccl. 363, antea 282d.*) *Charta. 4°. 133 ff. 1462—63.***Beda Venerabilis**, Explanatio super Proverbia Salomonis, fol. 1—92. (93, 94 vacant).

In fine: Scriptum per fratrem Iohannem Petri Delff monachum professum domus ordinis Carthusiensis prope Traiectum anno 1462.

Ejusdem Liber de natura rerum , fol. 95—109a.

In fine: Anno 1462 in profecto Gheertrudis. — Fol. 110—114 vacant.

Ejusdem Liber de schematibus et tropis , cet. fol. 115—120.

In fine: Scriptum per fratrem Johannem Petri Delff . . . anno dñi 1463. — Fol. 121—124 vacant.

**Tractatus** incipiens: Intueri libet quomodo sacra eloquia in exordiis narrationum qualitates exprimant , cet. , fol. 125—132.

Fol. 133: Invocatio S. Pontiani , cum notis musicis.

„Pertinet ad Carthusienses prope Traiectum.” Vid. de hoc codice: „Godeleerde Bijdragen,” V (1831) , p. 832—35.

**74** (Eccl. 235 , antea 284 ff.) Membr. fol. 97 ff. 2 col. Saec. XV.

IV. F. 14

**Beda Venerabilis** , Expositio in Evang. Marci.

Fol. 1a. Incipit prologus bede presbiteri ad . . . expositionem in ewangelium beati marci. Fol. 97b Explicit liber etc. . . . Orate pro scriptoribus et coadiutoribus eiusdem propter deum. Et pro illuminatore huius.

„Pertinet ad Carthusienses prope Traiectum inferius.”

**75** (Eccl. 222 , antea 293i.) Membr. fol. 176 ff. 2 col. 1468.

IV. E. 1

**Beda Venerabilis** , Commentarii in Lucam II. VI.

Fol. 1a. Incipit prologus bede super lucam. Fol. 176b. Scriptum et completum per manus fratris Henrici Campis Kartusiensis. Anno domini 1468 domus Traiecti inferioris.

**76** (Eccl. 85 , antea 293u.) Membr. fol. 139 ff. 2 col. Saec. XV

III. E. 4

ineuntis.

**Beda Venerabilis** , Commentarius in Evang. Johannis.

Fol. 1a. Inc. commentarius venerabilis Bede presbiteri super ewangelia iohannis. „Pertinet Regularibus in Traiecto.” — Oude band met looden knoppen.

**77** (Eccl. 144 , antea 285g.) Membr. fol. 240 ff. 2 col. 1464.

III. B. 10

**Beda Venerabilis** , Opuscula , scil.: Expositio de templo Salomonis; Quaestiones de libris Regum; Sermo de epiphania Domini; Solutiones de verbis apostoli , cet.; Expositio de libris Regum; Expositionis super tabernaculum Dei lib. III; Explanatio super Actus Apostolorum; Expositio vocabulorum in lib. Act. Apost.; Explanatio in Apocalypsin ; in Epistolas canonicas.

Fol. 240b. Explicant explanationes venerabilis bede presbit. super epistolas canonicas. Scripte ac finite per fratrem Johannem Petri Delff monachum professum

domus ord. carthusiensis prope Traiectum inferius. Anno dñi M CCCC Ixiiij in die beati clementis pape, cet.

„Pertinet ad Carthusienses prope Traiectum inferius." — De hoc codice vid. „Godgeleerde Bijdragen", VI. 74—78.

*III. 7.4*  
78 (*Eccl. 151, antea 294t.*) *Membr. fol. 90 ff. Saec. XV.*

**Boethius**, *De trinitate II. IV cum commentario (Gilberti Porretani)*.

Fol. 1b. Incipit liber boetij quomodo trinitas unus deus, cet. Fol. 6a. (Incipit commentarius libri I:) Omnia que rebus percipiendis suppeditant, cet. Fol. 71b: Commentator. (Incipit commentarius libri IV): Non sum nescius, cet. Fol. 90a (in fine:) ... neutrum componens coniunctione confundi. Reliqua commentariorum in lib. IV desunt.

*I. M. 13*  
79 (*Eccl. 244, antea 292x.*) *Membr. 4°. 161 ff. Init. saec. XV.*

**Dionysius Areopagita**, *Liber de angelica hierarchia*, sec. translationem et cum comment. marginali (*Thomae Vercellensis*), fol. 2a—24b.

Eiusdem *Liber de ecclesiastica hierarchia*, fol. 24b—43b.

Eiusdem *Liber de divinis nominibus*, cum comment. margin. (*Thomae Vercellensis*), fol. 44a—79a.

(Eiusdem) *Liber de mystica theologia*, fol. 79b—82b.

Eiusdem *Epistola ad Titum*, fol. 82b—86b.

Fol. 86b—87b. Excerpta ex translat. Scotti super Epist. ad Titum. Fol. 88 vacat.

Eiusdem *Mystica theologia*, sec. transl. Joa. Sarraeni-cum commentario, fol. 89a—99a.

(Commentarius incipit:) Trimitas. Superessentialis nam causa est, cet.

**Expositio** super verbis Dionysii in *Mystica theologia*: Tu autem Timothee etc., fol. 99a—106a.

Fol. 99a: Sequitur scriptum de libello de triplici via. Super verbis Dionysij: Tu autem Thymothee etc. Dicto de persuasionibus et industrijs, cet. Fol. 106a. Explicit expositio, cet.

**Epistola** cuiusdam docti et devoti viri in quo .... continetur totus processus libri fr. Johannis Ruusbroec de ornatu spiritualium nuptiarum qui incipit Ecce sponsus meus, fol. 107a—109b.

**Commendatio** sive defensio libri fr. Joh. Ruusbroec de ornatu, cet., fol. 109b—116b.

(Incipit:) Quoniam quidam magistri eximij parisienses artis theologice quedam dicta fratris Johannis ruusbroec in libro.... de ornatu spiritualium nuptiarum....

calumpniantur, cet. *Zie: A. Stupe: Les redactions successives de l'apologie rhoothorienne pour Ruusbroec contre Gezon, in: Revue d'histoire ecclésiologique, vol. 85 (1962) p. 401-452, 797-818 (135, A. 15<sup>22</sup>)*

**(Bertramus de ALEN)**, Libellus sive hymnus de rege novi saeculi, id est de materia librorum B. Dionysii, fol. 117a—135b.

(Incipit:) Reuerendo patri sacre theologie magistro fratri Gherardo ministro Coloniensi frater Bertrammus de ALEN cum debita obedientia noua semper noui seculi modo nouo de noua materia nouis inuestigationibus gaudia renouari, cet.

**Dionysius Areopagita**, Mystica theologia cum comment. (Robert) episcopi Lincolnensis, fol. 136a—152b.

Fol. 153—161: Tabula in translationes (Thomae) Vercellensis textus librorum Dionysii.

„Iste liber pertinet ad Carthusienses prope Traiectum inferius.“

**80 (Eccl. 348, antea 291aa.) Membr. 4°. 100 ff. Saec. XV.**

I. K. 11

**S. Ephraem (Syrus)**, De compunctione cordis II. VI, fol. 1—65.

Fol. 1a. Incipit liber sancti effrem dyaconi atque abbatis de compunctione cordis.

- Nicolaus de Ausmo**, Supplementum (ad Summam Pisanellam) de casibus conscientiae, fol. 1—274.

Initio ac fine mutilus.

- Laurentius de Rodolfis [Ridolphis]** de Florentia, Tractatus de usuris, fol. 275—298.
- „Bibliotheca fratrum Minorum Trudonensium.”

- 150 (Eccl. 125, antea 286c.) Charta. fol. 233 ff. 2 col. Saec. XV.*
- (Petrus Berchorius s. Bertorius)**, Reductorium morale (sive Morali-sationes bibliae).

Fol. 233a. Explicit liber reductorij moralis quod in auinione fuit finitum, parisius vero tabulatum et correctum Anno dni M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> xlij<sup>o</sup>. Quem sibi procurauit scribi Johannes Oversteghe curatus in Hasselt.

„Pertinet ad Carthusienses prope Traiectum.”

- 151 (Eccl. 488.) Membr. 4°. 132 ff. 2 col. 1417.*
- S. Bernardus**, Sermones aestivales.

Fol. 1a. In die sancto pasche. Sermo beati Bernardi abbatis, cet. Fol. 132b.

Explicitur sermones.... M<sup>o</sup> CCCC<sup>o</sup> xvij<sup>o</sup>.

„Pertinet ad librariam domus Clericorum in Doesburch”.

- 152 (Eccl. 232, antea 284r.) Membr. 4°. 145 ff. 2 col. Saec. XV.*
- S. Bernardus**, Sermones aestivales.

Fol. 1a. Incipiunt sermones bernardi estiuales et primo in die pasche, cet.

„Liber Canonicorum Regularium in Traiecto.”

- 153 (Eccl. 97, antea 292aa.) Membr. 4°. 175 ff. Saec. XV.*
- S. Bernardus**, Sermones hyemales.

Fol. 1a (cum effigie S. B.). Incipiunt sermones hyemales beati bernardi, cet.

„Liber Canonicorum Regularium in Traiecto.”

Theol.  
E. f. go

**154** (*Libri impr. Theol. fol. 90.*) *Charta. fol. 122 ff. 2 col. Saec. XV.*

**S. Bernardus**, Sermones hyemales; Sermones super Missus est, sive in laudem Virg. Mariae; Sermones in Psalmum Qui habitat.

Fol. 1a. Hodie fratres aduentus, cet.

In eodem volumine invenitur: Guillermi (Alverni) Parisiensis Postilla evangeliorum et epistolarum, impr. Delf aº 1480.

III. B. 8

**155** (*Eccl. 142, antea 285e.*) *Membr. fol. 203 ff. 2 col. 1402.*

**S. Bernardus**, Sermones in Cantica canticorum.

Fol. 1a (cum effigie auctoris). Incipiunt sermones beati Bernardi super Cantica canticorum. Fol. 203b. Explicant sermones.... Finiti Anno dñi Mº CCCCº ijº.

„Pertinet ad Cartusienses prope Traiectum ex donacione dñi Wilhelmi de Arnhem alias de Renen olim prepositi Embricensis.”

III. D. 8

**156** (*Eccl. 158, antea 296u.*) *Membr. fol. 211 ff. 2 col. Saec. XV.*

**S. Bernardus**, Epistolae.

Fol. 1a. Incipit prima pars Epistolarum beati Bernardi cet. Fol. 211a. Epistola domini iohannis abbatis Casemarij ad bernardum. Fol. 211b. Explicit epistolare beati Bernardi, cet.

„Pertinet ad Carthusienses prope Traiectum inferius.”

II. C. 6

**157** (*Eccl. 57, antea 286p.*) *Membr. fol. 150 ff. 2 col. Saec. XV.*

**S. Bernardus**, Opuscula, scil. Sermones XVII super Psalmum Qui habitat; De consideratione ad Eugenium Papam II. V; Sermones de diversis materiis, numero 36; Sermones ad clerum de conversione ad Deum; Parabolae aliquot; Apologeticum; De libero arbitrio et gratia Dei; Ad milites templi.

(Fol. 1b. Contenta). Fol. 2a (cum imagine S. Bernardi). Incipit prologus sancti bernardi abbatis in sermones super Psalmum, cet. Fol. 150b (in fine)... et digitos vestros ad bellum. Amen. Explicit.

„Iste liber pertinet Regularibus in Traecto.”

IV. D. 10

**158** (*Eccl. 206, antea 278i.*) *Membr. fol. 196 ff. (fol. 1—115 in 2 col.) Saec. XIII et (fol. 112b—115) XIV ineuntis.*

**S. Bernardus**, Liber de XII gradibus superbiae, fol. 2—33a.

Fol. 1a (manu saec. XV): In isto volumine... continentur opuscula... subsignata, cet. Fol. 2a. Scala humilitatis. Gradus ascendendi XII. Fol. 33a. Explicit libellus bernardi.... de XII superbie gradibus,

Ejusdem Liber de XXII sententiis, fol. 33a—65b.

Fol. 33a. Incipiunt quedam sententie contemplative ab eodem moraliter edite.

Qualiter imitemur christum... Dominus noster ihesus christus, cet.

Ejusdem Liber de gratia et libero arbitrio, fol. 65b—86b.

Ejusdem Epistola apologetica, fol. 86b—100a.

Fol. 86b. Epistola B. Abbatis ad W. abbatem de discreta varietate ordinis monasticorum et de non iudicando alterius seruos.

Ejusdem Epistolae quaedam, fol. 100a—112b.

Fol. 100a. Eugenio Pape B. de dignitate ecclesie, cet. Fol. 101a. Ad quandam sanctimoniam. Fol. 101b. Ad iosephum suessionem episcopum, cet. Fol. 103a Ad Guidonem cardinalem. Fol. 103b. Ad lodowicum regem francorum. Scit deus, cet. Fol. 105a. Domino pape. Putabam me, cet. Fol. 105b. Ad Gerardum cancellarium. Fol. 106b. Episcopo constanciensi. Fol. 107b. Lodowico Regi francorum. Libenter sicut ipse, cet. Fol. 108a. (Ad abbatem Sancti Albani). Etsi facie ignotus. Fol. eodem. Ad albericum hostiensem et stephanum prenestensem.

Ejusdem Sermo incipiens Beatus homo qui manducat panem in regno Dei, f. 109b—111a.

Ejusdem Sermo incipiens Beata illa et sempiterna Trinitas, fol. 111a—112b.

Fol. 112b (manu posteriori:) Explicit epistola de creacione, ruina et reparacione hominis.

**S. Methodius,** De principio saeculi et interregnis gentium et fine saeculorum, fol. 112b—115b.

Fol. 112b. In nomine christi incipit liber methodii episcopi paterenis (sic) et martyris christi quem de hebreo in latino (sic) transferri curauit cet.... Sciendum namque nobis est fratres karissimi, cet.— Finis hujus tractatus et liber cui titulus Evangelium Nicodemi (fol. 116—134) ex hoc codice evulsi sunt.

**Expositio** in Cantica canticorum, secundum S. Bernardum, fol. 135—196.

Fol. 135a. Incipiunt Cantica canticorum salomonis exposita secundum Bernardum abbatem Clareuallis. Osculetur me osculo oris sui. Desiderantis uox est sinagoge, cet. Fol. 188 non adest sed nihil in textu desideratur. Fol. 194b. Hic canticorum finis. Iste jacobus filius fuit marie cleophe materterere domini ex alpheo, cet. (Se- quuntur quaedam de familia Jesu Christi).

„Iste liber pertinet ad fratres Carthusienses prope Traiectum.”

**159 (Eccl. 213, antea 284k.) Membr. 4°. 128 ff. Saec. XV.**

*D.E.8*

**S. Bernardus,** Opuscula quaedam (genuina et spuria).

Fol. 1a. Liber beati bernardi de institutione morum et de ordine vite. Fol. 22b. In-

cipit prologus .... in libro de precepto et dispensatione. Fol. 52a. Inc. liber .... de diligendo deum. Fol. 69b. Epistola prima beati bernardi ad priorem et conuentum dom. carthusie. Fol. 79b. Expliciunt septem epistole edite .... ad fratres ordinis nostri, cet. Fol. 80b. Sequens tractatus attribuitur beato bernardo licet multum discrepet a stilo ejus consueto, cet. Fol. 81a. Contemplaciones ... de passione domini. (Incipiunt: Sepcies in die laudem dixi cet). Fol. 97a. Incipit tractatus ... qui intitulatur colloquium Symonis et Jhesu. Fol. 111b. Explicit colloquium etc. .... Et incipit liber ejusdem seu prologus de xij gradibus humilitatis [et superbiac]. Fol. 123b. Incipit libellus.... de karitate. Fol. 128a. Explicit opusculum... de caritate seu de gradibus amoris.

„Pertinet ad Carthusienses prope Traiectum, scriptum per manus fratris Hectoris.“

*I. L. 18*      160 (*Eccl. 263, antea 291b.*) *Membr. 4°. 122 ff. Saec. XIV.*

**S. Bernardus**, Opuseula quaedam.

Fol. 1a. Incipit prefacio beati bernardi super psalmum Qui habitat in aeditorio. (*Sermones XVII*). Fol. 50b. Incipit .... liber de duodecim gradibus humilitatis. Fol. 71a. De colloquio symonis et ihesu. Fol. 100a. Incipit prefacio.... super ewangelium Missus est, cet.

„Iste liber pertinet ad fratres Carthusienses domus sancti Salvatoris in valle florum extra muros Trajectenses, quem dedit eisdem frater Henricus Walvisch canon. regul. in Wyndesheym.“ (Vid. de H. Walvisch: Acquoy, Het klooster te Windesheim, III, p. 268 et Tabula).

*IV. F. 3*      161 (*Eccl. 224, antea 284bb.*) *Membr. 4°. 181 ff. 2 col. Fol. 1—146 saec. XV; fol. 147—181 saec. XIV exeuntis.*

**S. Bernardus**, Opuseula quaedam (genuina et spuria), fol. 1—145a.

Fol. 1a. Prologus deprecatorius... super verbis euangelij ego sum vitis. Fol. 59b. Explicit tractatus de proprietatibus vitis siue flores crucifixi. Incipit tractatus.... de gradibus amoris siue de caritate. Fol. 68 vacat. Fol. 69a. Inc. tract.... de amore dei. Fol. 76a. Inc. soliloquium. Fol. 80a. Expl. soliloquium. Inc. iubilus eiusdem. Jhesu dulcis memoria, cet. Fol. 81b. Ymnus de dolore beate marie. Stabat mater cet. Fol. eodem: Incipit planctus beati bernardi de passione domini. Ad ambos pedes. Salve meum salutare, cet. Fol. 84b. Explicit planctus b. b. Inc. tractatus beati bernardi de beneficijs dei ad gherardum fratrem suum. Fol. 85b. Incipit Stimulus amoris. Jhesum nazarenum a iudeis innocenter condemnatum, cet. Fol. 92a. Incipiunt contemplaciones eiusdem de passione domini. Sepcies in die laudem, cet. Fol. 98a. Inc. speculum.... Si quis emendacioris, cet. Fol. 99b. Inc. liber.... de honestate vite... Petis a me fili, cet. F. 101b. Inc. meditaciones ... Multi multa sciunt, cet. Fol. 116b. Inc. liber qui intitulatur de conscientia ... Domus hec in qua habitamus. Fol. 135a. Epistola ... ad W. abbatem de discreta varietate ordinis monastici et de non iudicando alios. F. 145a. Explicit Apologeticus beati bernardi abbatis. Fol. 145b, 146 vacant.

**Henrieus de Coesveldia, Tractatus de tribus votis monasticis, fol. 147—181.**

Fol. 146b (manu poster. quam liber sequens). Sequitur Tractatus magistri henrici de coesveldia ordinis carthusiensis de tribus votis monasticis scil. paupertate, castitate et obedientia. Fol. 147a. Nolite diligere mundum, cet.

„Sum Cartusianorum prope Ultraiectum.” — De hoc ms. cf. J. J. Dodt van Flensburg in Archief v. kerk. gesch. III. 482—90; N. C. Kist, ibidem p. 493 sqq. De libro Henr. Coesveld vid. Moll, Kerkgesch. II, 2 p. 379.

**162 (Eccl. 345, antea 292d.) Membr. 4°. 113 ff. (f. 60—97 in 2 col.) Saec. XV.**

IV. H. 14

**S. Bernardus, Opuscula quaedam.**

Fol. 1a. Incipit prologus in epistolis.... ad fratres de monte dei ordinis Carthusiensis et precipue ad instruendos nouicios, cet. Fol. 59 vacat. Fol. 60a. Incipit liber primus.... ad Eugenium papam de consideracione. Fol. 96a. Explicit liber etc. (Fol. 96b, 97a. Excerpta quaedam.) Fol. 97b. Sequens opusculum siue epistola intitulatur sic secundum aliquos: Incipiunt gemme crucifixi.... Incipit epistola beati bernardi ad sacerdotem. Fol. 113a (in fine)... neglexerunt nouem ordinum Angelorum. (Additum est alia manu:) Huic libro repperi quaedam addita in alio quodam exemplari.

„Pertinet ad Carthusienses prope Traiectum inferius.”

**163 (Eccl. 361, antea 291u.). Membr. 4° min. 140 ff. 2 col. Saec. XV.**

IV. J. 9

**S. Bonaventura, Breviloquium S. Scripturae, fol. 1—100.**

(Incipit:) Flecto genua mea, cet. Fol. 100b. Explicit brevioloquium bonauenture sacre scripture.

**Liber de institutione morum et ordine vitae, S. Bernardo adscriptus fol. 101—119.**

Fol. 101a. Incipit liber beati bernhardi, cet.... Hortatur quidem timidam mentis meae impericiam, cet.

**Dominicus, carthus. Trevirensis, Tractatus de vera obedientia et filiis eius, fol. 120b—140b.**

Fol. 120b. Incipit tractatulus de vera obediencia et filiis eius. Et primo quod sit differencia, cet.... Dominus noster .... obediens deo, cet. Fol. 140b. Explicit tractatulus, cet.... conscriptus per deuotum illum patrem Dominicum nomine quem oculis uidistis in carthusia treuerensi ex spiritu magis loquens et experientia quam litera aut sciencia inflante. Et reperiatis hic inscripto quam pluries (sic) a reuerendo patre bone memorie Arnoldo priori in Bodecken quondam etc. (sic). — De hoc Arnoldo cognomine Huls vid. Acqnoy, Het klooster te Windesheim, II 339, 352; III 61.

„Liber monasterij S. Pauli in Traiecto inferiori.”

*III. F. 11*

**164** (*Eccl. 108.*) *Membr. et charta. 4°. 138 ff. (f. 109—138. 2 col.) Saec. XV.*

**S. Bonaventura,** Parvum bonum vel Regimen conscientiae quod vocatur *Fons vitae* (vel *Centiloquium*), f. 1—24a.

(*Incipit:*) Ecce descripsi eam tibi tripliciter.

**Expositio** super *Pater noster*, f. 24b—29.

(*Incipit:*) *Pater noster etc. Oratio hec priuilegiata est in tribus.*

**Speculum prelatorum**, (auctore *Jacobo de Gruytrode s. de Clusa?*) f. 30—54.

Fol. 30a: *Incipit prologus in tractatum perutilem de instructione prelatorum editum a quodam carthusiense. Quoniam consulitur, cet.*

**Speculum subditorum**, (auctore *Jacobo de Gruytrode s. de Clusa?*) f. 55—108.

Fol. 55a. *Incipit prologus secundi speculi scil. subditorum in sancta religione proficere volentium. Considerans quod plurimos, cet.*

**Dialogus de creatione mundi et ejus redemtione**, f. 109—138.

(*Incipit:*) *Sepius rogatus a condiscipulis, cet.... Titulus itaque operi si placet Elucidarium presigatur quia in eo obscuritas diuersarum rerum elucidatur. Nomen autem meum ideo volui silencio contegi, cet. Fol. 149a. Incipit dialogus secundus de peccati enormitate et bonis saluandi. Fol. 128a. Incipit liber tercius de futura vita. (In fine:) Explicit anno domini 1420.*

,Liber monasterii S. Pauli in Trajecto inferiori."

*III. D. 12*

**165** (*Eccl. 162, antea 295c.*) *Membr. fol. 377 ff. 2 col. 1409.*

**(S. Bonaventura),** Pharetra, sive excerpta ex auctoribus ecclesiasticis et profanis, ord. alphabet. argumentorum.

Fol. 1a. *In conuersionis mee primordio, cet.... Opusculum etiam praeſens volui pharetram appellari .... Ideo circa principium eius sec. ord. alphabeti sub certis titulis pernotantur: De abbatे cet. Fol. 4b. Et sic finis tabule. Fol. 7a. De abbatе. Gregorius in registro, cet. Fol. 377b. Finitus est liber iste Anno dñi Millesimo CCCC<sup>mo</sup> nono (1409) sabbato die ante festum beati Martini Episcopi.*

,Iste liber pertinet ad Carthusienses prope Traiectum quem legauit eisdem Dñs Iohannes quondam plebanus sancti Jacobi Traiectensis."

*IV. C. 13*

**166** (*Eccl. 192, antea 293z.*) *Charta. fol. (2) et 148 ff. Saec. XV.*

**S. Bonaventura,** Soliloquium de quatuor exercitiis, fol. 1—30a.

**Speculum monachorum** (adscriptum S. Bernardo), fol. 31a—39a.

(*Incipit:*) *Primo considerare debes, cet.*

**Anselmus episc.** (Cantuariensis), *Stimulus amoris divini*, fol. 39a—45a.

(Incipit:) Ad te levavi animam meam.

**Gemma crucifixi**, fol. 45b—52a.

(Incipit:) Extende, homo, paulisper sensus carnis, cet.

**Excerpta ex S. Bernardo, S. Augustino et aliis**, fol. 52a, b, (53—66  
desunt), 67—140b, 146a—147a.

Fol. 140b—141b. Nota diligenter de Tondulo (sic).

**Speculum peccatorum** (adscriptum Gregorio I), fol. 140b—146a.

(Incipit:) Quoniam karissimi in via huius seculi, cet. — In fronte volumnis tabula  
(2 ff.) addita est.

„Liber monasterii S. Pauli apost. in Traiecto infer.” — „Gemma crucifixi” sec.  
hunc cod. edita est a J. Clarisse in: Archief v. Kerk. gesch. III. Bijl. p. 31—43.

**167 (Eccl. 292, antea 282bb.) Membr. 4°. 191 ff. 2 col. Saec. XV.**

IV. H. 7

**S. Bonaventura**, Vita S. Francisci. Acc. quaedam de miraculis ipsius  
post mortem ostensis, fol. 1—85a.

Fol. 1a. Incipit prologus in vitam humilis francisci beatissimi. Apparuit gratia  
dei, cet.

**Actus sociorum S. Francisci**, fol. 85b—191b.

Fol. 85b. Incipiunt actus cet ... Ad laudem domini nostri ihesu christi et sanctissimi  
patris nostri francisci hic scripta sunt quedam notabilia, cet. Fol. 190a.  
Salutatio virtutum. Fol. 190b. Tabula. (Explicit fol. 191b).

„Pertinet ad Carthusienses prope Traiectum.

**168 (Eccl. 72, antea 284m.) Membr. fol. 103 ff. 2 col. Saec. XV**

III. E. 1

ineuntis.

**Diaeta salutis.** (Opus a multis S. Bonaventurae, ab aliis Guilielmo  
de Lanicia adscriptum).

Fol. 1a. Incipit uia uel dieta salutis edita a fratre guilielmo de lantia aquitanico  
de ordine fratrum minorum. Hec est uia. Ambulate, cet. Fol. 87b. Explicit uia  
uel dieta cet.... Incipiunt themata dominicalia. Fol. 96b. Explicant themata.  
Hec est magna tabula et quasi secunda dieta salutis. Fol. 103a. Explicit magna  
tabula. (Fol. 103b. Tabula librorum operis).

„Pertinet ad Carthusienses prope Traiectum inferius.”

**169 (Eccl. 250, antea 283i.) Membr. 4°. 183 ff. Saec. XV.**

I. L. 5

**Diaeta salutis et quaedam minora**, S. Bonaventurae adscripta.

Fol. 1a. Prologus seu prefatio in libellum.... qui communiter dieta salutis ab

omnibus nuncupatur. Fol. 145a. Explicit dieta salutis bonaventure. Fol. 146b Incipiunt quidam breues sermones eiusdam bonaventure de tempore et communi sanctorum. Fol. 160b. Explicant breues sermones, cet. Fol. 161a. Prima tabula dieta salutis. Fol. 161b. Sequitur magna tabula d. s. Fol. 178a. Deuota contemplatio.... a b. bonaventura de natuitate d. n. ih. christi. Fol. 179a. Tractatus de resurrectione a peccato.... ex dictis sancti bonaventure excerptus. Fol. 183b. Explicit dieta salutis cum tractatu de resurrectione a peccato ad gratiam sancti bonaventure.

„Liber monasterij Sancti Pauli Traiectensis.“

*IV. H. 10*

**170** (*Eccl. 295, antea 282cc.*) *Membr. et charta. 4°. 250 ff. (1—92 in 2 col.) Saec. XV.*

**Profectus religiosorum** (adscriptum S. Bonaventurae), fol. 1—92.

Fol. 1a. Incipit tabula primi libri profectuum religiosorum.... Sequitur prologus ... Collaciones meas quas pro exhortacione, cet. Fol. 92b. Explicit liber secundus de profectibus religiosorum. Scriptum per fratrem Iohannem Mersen tune... nouicium Anno dni 1476, cet.

**(Jacobus de Gruytrode)**, Rosarium Jesu et Mariae, fol. 93—249b.

Fol. 93a. Incipit prologus libri qui intitulatur rosarium ihesu et marie. Fasculus mirre dilectus meus, cet.

**Lamentatio** (peccatoris), fol. 249b—250b.

(Incipit): Quis dabit capiti meo aquam, cet.

„Liber monasterij s. Pauli in Traiecto inferiori.“

*I. M. II* 10  
**171** (*Eccl. 239, antea 293f.*) *Membr. fol. 86 ff. 2 col. Saec. XV.*

**Formula noviciorum** in ordine proficere volentium sive Speculum monachorum (S. Bernardo tributum), fol. 1b—9a.

Fol. 1b. Tabula in formulam nouiciorum. Fol. 2a. Incipit formula, cet... Primo considerare debes, cet. Fol. 9a. Explicit speculum monachorum.

**Admonitio** Regularis disciplinae, fol. 9a—10a.

(Incipit:) Ad hoc studiat quisque bonus religiosus.

**Profectus religiosorum** (adscriptum S. Bonaventurae), fol. 10a—86.

Fol. 10a. Incipit tabula, cet. Fol. 11a. Incipit prologus profectus religiosorum. Collaciones meas quas, cet. Fol. 33b. Incipit secundus liber profectuum religiosorum.

„Iste liber pertinet ad fratres Carthusienses domus sancti Salvatoris in Valle florum extra muros Traiectenses quem dedit eisdem frater Henricus Waluisch Canonicus regularis in Wyndesheyen.“

*F. fo. 386* 10  
**172** (*Libri impr. F. fol. 386.*) *Charta. fol. 19 ff. 2 col. Saec. XV.*

**Speculum B. Virginis Mariae** (adscriptum S. Bonaventurae).

Fol. 1a. Expositio super salutationem angelicam. Quia iheronimo sancto attestante

nulli dubium est, cet. — Fol. 19b (in fine.) Explicit speculum beate et gloriose virginis marie.

In eodem vol. inveniuntur Speculum exemplorum, impr. Hagenoae per Henr. Gran., a. 1507, et Rob. de Licio Sermones, impr. Argentinae c. 1490.

**173 (Eccl. 47, antea 286n.) Charta et membr. fol. 230 ff. Saec. XV.**

I. H. 14

**Meditationes** de vita J. Christi (adscriptae S. Bonaventurae), f. 1—40.

In fronte: Contenta voluminis. Fol. 1a. **Incipit** prohemium... Inter alia virtutum et laudum preconia, cet. Fol. 40b. **Explicit** liber aureus de vita... ihesu christi... in profecto beate margarete virginis per fratrem Johannem Raphorst de Trajecto inferiori licet minimum professorum monachum Vallis Gracie iuxta Brugas anno lvijj (1458).

**Lamentatio** glor. Virginis Mariae juxta crucem, a B. Augustino edita vel sec. quosdam a B. Bernardo, f. 41—43.

(**Incipit:**) Quis dabit capiti meo aquam, cet.

**Meditatio** super Salutationem Angelicam, f. 44—45a.

(**Incipit:**) Tibi Domine Deus gracias.

**(Thomas à Kempis)**, Salubres admonitiones de sacro sacramento (eucharistiae), f. 46—51a.

Est liber IV operis de imitatione Christi. (XVIII capita).

**Oliv. Longus** (Langhe), prior monast. S. Bayonis juxta Gandavum, Tractatus de sacramento altaris, f. 51a—61b.

(**Incipit:**) Ad venerabilis eucharistie sacramenti honorem. (In fine:)... per manus fratris Jo. Raphorst.... anno lvijj.

**Wilh. Bloc** doct. S. Theol., Conclusiones de participatione missarum tam pro vivis quam pro defunctis, f. 62.

**(Ger. à Vliederhoven)**, Quatuor novissima, f. 63—81.

(**Incipit:**) Memorare nouissima tua, cet. (In fine:) Explicant.... Raephorst.

**De raptu animae Tundali** et visione ejus, f. 82—86.

(**Incipit:**) Anno domini M<sup>o</sup> centesimo quadragesimo IX<sup>o</sup> qui fuit annus 2<sup>as</sup> expeditionis iherosolimaorum Conrardus, cet. (In fine:).... scribere studuimus.

**S. Basilius**, Tract. de recommendatione vitae solitariae, f. 87—89.

In fine: Explicit.... Raephorst.

**Speculum**, adscriptum S. Bernardo, f. 89a—b.

(**Incipit:**) Si quis emendatioris, cet.

**Initium** sapientiae timor domini, f. 89b—90a.

(**Incipit:**) In veritate didici, cet.

**S. Hieronymus**, Ordo sive Regula vivendi ad Eustochium (XLI capita), f. 90b—102b.

**(Thomas à Kempis), Tractatus: Regnum Dei inter vos est**, f. 103—106a.

Est liber II operis de imitatione Christi (XII capita).

**Aegidius (de Assisi), Collationes s. verba aurea**, f. 107—113a.

In fine: Fr. Joh. Raephorst de Traiecto inferiori scripsit me monachus huius domus.

**Tractatus de arte bene moriendi**, f. 114—121.

(Incipit:) Cum de presentis exilii miseria mortis, cet. (In fine) .... occupet mori discat.

**Speculum peccatorum** (adscriptum S. Gregorio magno), f. 122—125a.

(Incipit:) Quoniam karissimi in via huius seculi, cet.

**Regula fratrum ordinis tertii B. Francisci de penitentia**, f. 125b—127b.

**Monita de verbis Isidori extracta ad instruendum hominem qualiter vilia valeat evitare**, cet., f. 128—131. (132 vacat.)

**Speculum christiani** ex diversis doctoribus, f. 133—155a.

(Incipit:) Jheronimus. In principio cujuslibet operis premitte, cet. Sequuntur f. 155a—156a: De modo confessionis generalis; De forma Ihesu in terra; Descriptio B. Virginis Mariae.

**Proverbia Sapientum**, cet. (partim metrice), f. 156a—157a.

Versus incipiunt: Quod mundus militat sub vana gloria | Cuius prosperitas est transitoria | cet. — Alii: Qui dormis vigila, studeas operare vel ora | cet.

**Petrus Damiani**, Epistola ad Blancam comitissam. Acc. Sermo de contemptu mundi, f. 157a—163a.

Sequitur f. 163a—b: Excerptum ex B. Augustino.

**Exempla Sanctorum**, f. 163b—165a.

F. 163b. Exemplum de quinque juuenibus, cet. F. 165a (in fine:) Explicant exempla sanctorum.

**Sermo incipiens**: Servus sciens voluntatem domini sui, f. 165a—166b.

**De efficacia praecceptionis sacramenti**, f. 166b—168a.

(Incipit:) Albertus episcopus dicit, cet.

**S. Bonaventura**, Tractatus de stimulo conscientiae, Parvum bonum dictus, f. 168a—173a.

Tractatus cui titulus: **Nota, ut homo possit** amplius proficere et Deo magis placere, ista decem quae sequuntur in se studeat habere etc. (a nonnullis S. Bernardo adscriptus), f. 173b—180.

(Incipit:) Primo studeat quantum possit, cet.

**Tractatus de vera confessione facienda**, f. 181—191a.

(Incipit:) Quoniam fundamentum et janua omnium virtutum.

**Tractatus de defectibus et periculis occurrent. in missa**, f. 191a—193a.

Sequuntur f. 193a, b: Diffinitiones monachi ex Ioa. Climaco, cet. F. 194 vacat.

**Tractatus de purgatorio S. Patricii**, f. 195—201.

(Incipit:) Est locus in partibus Ulconiae continens insulam bipartitam, cet. —  
Vid. Acta Sanct. Martii II. 589.

**Mirabilia in sacramento altaris.** Acc. Notabilia ex diversis scriptoribus excerpta, f. 202—210.

**Narratio de spiritu quodam in villa Meyerick juxta Duysborch duatus Clivensis apparente** (Arnoldo Boosman), anno 1437, f. 210b—224a.

Continens capita XL. Incipit: In dicta parochia olim vir quidam fuerat mortuus, cet. Cf. Campbell, Annales. № 356.

**Narratio** quorundam dubitabilium circa acta seu dicta per spiritum in Meyerick, quam decidit Jo. de Essendia ord. praedicat. conventus Wezaliensis, S. Theol. prof., f. 224a—228b.

Quaedam ex **Caesarii Heisterbacensis** Dialogis miraculorum, fol. 228b—230b.

F. 228b. De monacho apostata qui elegit Hm annorum stare in purgatorio, cet.  
„Iste liber pertinet ad fratres Carthusienses prope Trajectum.”

**174** (*Eccl. 259, antea 282n.*) *Membr. et charta. 4°. 251 ff. (1—108, I.I. 14  
108\*, 109—250, partim 2 col.) Saec. XV.*

**Vita Jesu Christi** sec. Bonaventuram ut dicitur, fol. 1—50a.

Fol. 1a. Fundamentum aliud nemo potest ponere, cet. Fol. 50a. Explicit liber iste tractans de vita domini nostri ihesu christi.

**(Ger. de Vliederhoven)**, Quatuor novissima, fol. 50a—73a.

Fol. 50a. Memorare nouissima tua in eternum, cet.

**Meditationes** S. Bernardo tributae, fol. 74a—83a.

Fol. 74a. Multi multa sciunt, cet.

**De Sancto Jerome**, fol. 83a—85b.

Fol. 83a. Jeron. dicitur a ierar (sic) quod est sanctum, cet.

**Aegidius (de Assisi)**, Collationes s. verba aurea, fol. 86a—96b.

Fol. 86a. Incipiunt collationes fratris egidij socij beati francisci, cet. Fol. 96b. Explicant aliqua verba aurea sancti egidij ordinis fratrum minorum. Fol. 97 vacat.

**(Jacobus de Cessolis)**, Ludus scacorum (moralisatus), fol. 98a—108,  
108\*—117a. (118—120 vacant).

Fol. 98a. Incipit solacium ludi scacorum sive regiminis ac morum hominum, cet.

Fol. 117a. Explicit ludus scacorum deo gracias.

**Gerardus dictus Groet (Groote), Sermo de focaristis, fol. 121a—166b.**

Fol. 121a. Sermo ad clerum traiectensem .... Recedite, recedite, exite, cet.  
Fol. 166b. Explicit sermo de focaristis ven. viri gerardi magistri dicti groet de  
dauentria. Quem predicauit... Anno 1383, cet.

**Eiusdem Protestatio de sua predicatione, cet., fol. 167a, b.**

Fol. 167a. Ego gerardus dictus teutonice groet, cet.

**Eiusdem Tractatus de locatione curae pastoralis, fol. 168a—176a.**

Fol. 168a. Queritur an quis possit locare, cet. Fol. 176a. Explicit hoc opus...  
copulatum dauentrie et cetera.

**De modo legendi horas canonicas, fol. 176b—179b.**

Fol. 176b. Sepcies in die laudem dixi tibi, cet. — Est idem tractatus cui titulus  
S. Bernardi Contemplationes de passione domini.

**Gherardus dictus Groet, Consilium de acceptatione curae ecclesiae,  
fol. 180a—183b.**

Fol. 180a. Consilium ... magistri gherardi dicti groet, cet.... Queritur a me cur  
dissuadeam euidam iuveni, cet.

**Confessio fidei, fol. 184a—188a.**

Fol. 184a. Confiteor deo omnipotenti et vobis me generaliter peccasse contra  
legem dei, cet.

**Excerpta ex Gregorii magni Homiliis, Henrici de Hassia tractatu de  
contractibus, cet., fol. 188a—194a.**

**Judicium Simonis de Diepenheim theol. doct. de tractatu Gherardi  
Groote qui incipit Recedite Recedite (Sermo de focaristis), fol. 194b.**

(Incip.) Ego frater symon de dyphenhem, cet.

**De praedestinatione seu de praescientia Dei, fol. 195b—196a.**

**Considerationes VI ad missam celebrandam, fol. 196a—198a. (199 vacat.)**

**Speculum monachorum, adscriptum S. Bernardo, fol. 200—209b.**

(Incip.) Primo considerare debes, cet.

**S. Augustinus, Sermo de honestate mulierum, fol. 209b—211b.**

**Meditationes S. Bernardo tributae, fol. 211b—225a.**

(Incip.) Multi multa sciunt, cet.

**Speculum peccatorum (S. Gregorio magno adscriptum), f. 225a—229a.**

(Incip.) Quoniam karissimi in via huius seculi, cet.

**Speculum, S. Bernardo adscriptum, fol. 229b—231a.**

(Incip.) Si quis emendacionis vite desiderio, cet. — Non est opus S. Bernardi  
sed Arnulfi monachi de Boeriis. Vid. S. Bernardus, ed. Mabillon, II. 816.

**Excerpta ex Caesarii Heisterbacensis Dialogo Miraculorum, ex Postillis  
Nicol. de Lyra, cet., fol. 231a—235a.**

**Nicolaus Orem** (Oresme) doct. s. theol., Epistola de recommendatione  
praelatorum a daemonibus, fol. 235b—237b.

(Incip.) Lucifer princeps tenebrorum, cet. — Fol. 237b, 238a. Versiculi quidam.

**Henricus de Hassia**, Epistola quaedam, fol. 238b, 239a.

(Incip.) Ecce cotidie legimus, cet.

**Quaeritur** utrum ars philosophiae per inquisitionem physicam in homine  
naturali ad veram humanae beatitudinis notitiam possit pervenire,  
fol. 239b—243b.

**Super Psalmum:** Noli aemulari, cet., fol. 244a—248a.

**Super Psalmum:** Quam bonus Israel, fol. 248a—250b.

Pertinet ad Carthusienses prope Traiectum inferius ex donacione magistri Helie  
pastoris sancti Nycholei Traiectensis." — De hoc codice vid. Clarisse in „Archief  
voor kerk. gesch.” I (1829), p. 383—88; III. Bijl. p. 44.

**175** (*Eccles. 489.*) *Charta. fol. 57 ff. 2 col. Saec. XV.*

*V. D. 5*

**Joh. Brugman**, Vita almae Lydwinae.

Fol. 1a. Incipit prologus in vitam alme lijdwine et hec translacio est 3a vice  
facta. Preclara sunt preconia veraque testimonia, cet. — In fine: Et sic finitur  
legenda virginis alme lijdwine a ... fratre Johanne Brugman A. d. 1456.... com-  
posita ac per Nycolau fil. Symonis de Beuerwijck .... a. d. 59<sup>o</sup> taliter  
qualiter in domo ac mansiolo Margarete Valcke scripta.... Finita et completa ....  
in conuentu dominorum Jherosolit. S. Johannis Hrln. (Harlemensi?)

Cf. Acta Sanctorum Aprilis II p. 303 sqq.; Moll, Joh. Brugman II p. 436.

**176** (*Eccles. 80, antea 293ff.*) *Membr. fol. 156 ff. Saec. XIII exeun-*

*III. E. 3*

*tis vel XIV ineuntis.*

**(Caesarius Heisterbacensis)**, Dialogi miraculorum libri VII—XII,  
fol. 1—101a.

Fol. 1a. Premissis sex distinctionibus videlicet de conuersione, cet. (Prologus  
lib. VII Dialogi). Fol. 101a (in fine)... per infinita secula seculorum. Amen. (Finis  
cap. 59 lib. XII).

**Commentarius** in Lamentationes Jeremiae, fol. 101b—143b.

Fol. 101b. Incipit lamentatio iheremie prophete. Et factum est postquam, cet.  
Fol. 104a. (Inc. commentarius:) Jheremias destructionem ierusalem futuram pro-  
phetauit, cet. Fol. 131b. (in fine)... ut post presentes lamentationes ad carmen  
eterne iocunditatis perueniat. Amen.

**Tractatus** vel Sermo de textu: Ibo mihi ad montem myrrhae, cet.,  
fol. 143b—145a.

*131-132* Fol. 143b. Ibo michi ad montem myrre, et ad colles thuris, et loquar sponse

mee. Tria proponuntur, Mons myrre, collis lybani uel thuris, colloquium sponse.  
Ad primum uenit dilectus sustinens mundi calamitatem cet.

**Tractatus (de timore Dei, principio sapientiae), fol. 145a—155a.**

Fol. 145a. Audiens sapiens, sapientior erit. Multo fortius debet audire stultus,  
ut fiat sapiens..... Quomodo timor principium sit sapientiae, timor domini prin-  
cipium sapientiae, quare preparat ei animam expellendo peccatum, cet.

**Tractatulus incipiens Fulcite me floribus, fol. 155a—156a.**

Fol. 155a. Fulcite me floribus etc. Est autem triplex flos precipus, sive fructus  
est triplex. Primus flos humilis est uiola, celestem habens colorem, cet. — Fol. 155b.  
Oratio ad B. Virginem. Sequuntur quaedam monita quorum initium: Arbitror ut tu  
qui in religione es bene uiuas, cet. In fine literae alphabeti Graeci earumque nomina.  
„Pertinet Regularibus in Traiecto.”

III. E. 7

**177 (Eccl. 89, antea 284d.) Membr. 4°. 254 ff. Fol. 1—158 saec.**

XIV exeuntis vel XV ineuntis. Fol. 159—254 in 2 col. saec. XV.

**(Caesarius Heisterbaccensis), Dialogi miraculorum libri I—VI, fol.  
1—158.**

Fol. 1a. Incipit dyalogus monachi ad nouicium de modernis miraculis, cet. Fol.  
158b (in fine cap. 36 Distinct. VI:)... usque ad etatem decrepitam.

**Gregorius Magnus Papa, Dialogorum ll. IV, fol. 159—254.**

Fol. 159a. Incipiunt in nomine dei summi dyalogorum beati gregorij pape urbis  
rome libri quatuor.

„Pertinet Regularibus in Traiecto.”

**178 (Eccl. 176, antea 295m.) Charta et membr. 167 ff. 2 col.**

Saec. XV. [Achter fol. 132b bij het folieren een schuurverglaag]

**Caesarius Heisterbaccensis, Dialogi miraculorum ll. XII, fol. 1—140b.**

Fol. 1a vacat. Fol. 1b. Incipit dyalogus miraculorum quem compilavit nouicium (?)  
cesarius monachus cisterciensis ordinis. In fronte fol. 2a: In nomine domini. Anno  
.... mensis octobris xxij die incepit hoc opusculum in domo silue. Fol. 2a: Di-  
stinctio prima. Colligit quae superauerunt fragmenta, cet. Fol. 140b. Capitulum  
lx (distinctionis XII). Festinemus ergo ingredi, cet. In fine: Explicit secunda pars  
miraculorum, cet.

**Historia Walteri et Griseldis, fol. 140b—143b.**

Fol. 140b. Incipit historia Walteri nobilis marchionis et Gryseldis eius uxoris de  
pedemontium apud veneciam ciuitatem. Fol. 141a (textus incipit:) Est ad ytalie  
latus occidum Vesufus, cet.

**Joannes Chrysostomus, Sermo quod nemo potest laedi ab alio nisi  
a semetipso laedatur, fol. 143b—149b.**

**Ejusdem Epistola, cuius initium: Age jam iterum, cet., fol. 149b—150b.**

IV. B. 12

**David Carthusiensis**, Compendium, fol. 150b—153a.

Fol. 150b. Incipit compendium quoddam fratris carthusiensis David. Si vis in spiritu proficere, cet. Fol. 153a (in fine cap. XX) .... et nullam reuerenciam exhibere. Sequuntur codem fol. duo excerpta ex Gregorio et Hugone.

**Petrus Blesensis**, Moralia super Job, fol. 153b—161a.

Fol. 153b. Prologus. Henrico dei gracia illustrissimo anglorum regi, cet.

**Compendium** cuiusdam episcopi Parisiensis de claustro animae, fol. 161a—167b.

Fol. 161. Incipit compendium, cet.... Ortus conclusus soror mea sponsa, ortus conclusus, Cant. iiiij. Istud ad uniuersalem ecclesiam, cet. Fol. 167b desinit in capite quod inscribitur: De quatuor ambulatoriis. Reliqua desunt. Ex elenco, codicis initio praefixo, appetat sequentia opuscula olim addita fuisse:

„Seneca ad Paulum de quatuor virtutibus necnon ejus Proverbia de diversis virtutibus. Senecae Epistola ad Paulum et converso. Francisci [Petrarchae Septem Psalmi. Historiae Apollonii regis Tyri.”

„Pertinet ad Carthusienses domus noue lucis prope Traiectum.”

**179** (*Eccles. 46.*) *Charta*. fol. 159 ff. 2 col. Saec. XV vel XVI ineuntis.

I H 16

**Caesarius Heisterbacensis**, Dialogi miraculorum liber VII—XII.

Fol. 1a. Incipit praefacio secundi voluminis dialogi cesarii et primo de septima distinctione. Fol. 159b. Capit. 58 Distinctionis XII incipit: „Festinenus ergo ingredi”, cet. In fine: Explicit secunda pars dialogi cesarij.

**180** (*Eccles. 216.*) *Membr.* fol. 212 ff. 1438.

IV E. 11

**S. Catharina de Senis**, Liber divinae doctrinae.

(Fol. 1—6 tabula). Fol. 7a. Incipit liber diuine doctrine, cet.... Exurgens anima quedam versus honorem dei, cet. Fol. 212a (in fine cap. CLXVI): Explicit liber .... Katherine de senis .... Et est domus sancti saluatoris ordinis carthusiensis prope traiectum inferius. Scriptus et completus decima die mensis Maij Anno domini 1438 per manus eiusdem fratris dicte domus (Adscr. est alia manu: Henrici Bor de traiecto qui multis annis fuit vicarius).

**181** (*Eccles. 277, antea 292n.*) *Charta*. 4°. 99 ff. Saec. XV.

IV G. 12

**Ignetus Contardus**, Disputatio contra Judaeos, fol. 1—36a.

Fol. 1a. Disputacio Igneti Contardi Mercatoris Januensis in ciuitate Maiorca contra Judeos. In nomine domini cet.... Contigit quod quidam Judeus, cet. Fol. 36a. Et sic est finis disputationis Igueti cum Judeis in Cantegrillo (?) Bonon. dioc. 1438 die 25 Oct.

**Quaestiones de sacramentis**, fol. 37—72.

(Incip.) Utrum sacramentum sit, cet.

**Nicolaus Orem** (Oresme), *Tractatus de communicatione idiomatum*,  
fol. 73—88a.

(Incip.) Primo suppono cum sanctis doctoribus, cet.

**Themata notabilia pro sermonibus**, fol. 88b—99b.

(Incip.) Ad habendam materiam in thematibus proceditur decem modis. Primus modus est per descripcionem, cet. (In fine:) De sancta katharina sicut de sancta margareta.

„Pertinet Regularibus in Traiecto.”

**182 (Eccl. 433, I.) Charta. 4°. 348 ff. 1520.**

**V.F.2**  
**Wilh. Diebier**, prior Canonicorum S. Augustini in Haga Eydhouiana, Registrum tripartitum exercitionum incipientium, proficientium et devotorum.

In fine: Anno virginej partus XV<sup>e</sup> 20 .... complectus est liber iste per manus deuotorum fratrum Arnoldj de Stryp de Roda et Theodricj de Weert. Ac per operam fratris pauperculj Wilhelmj Dicbier ad laudem sapientie eterne.

„Iste liber pertinet monasterio Canonicorum Regularium in domo juxta Eydouiam.”

**183 (Eccl. 433, II, III) Charta. 2 vol. in 4°. 218 et 168 ff.  
Saec. XVI.**

**(Wilh. Diebier)**, *Manuale religiosorum continens tractatus variorum auctorum, collationes*, cet.

Fol. 1a. *Manuale religiosorum in domo Eydouie.* Fol. 2. *Prologus in manuale relig.* Fol. 15a. *Incipit manuale relig.* Prima pars continet exercitia incipientium vitam spiritualem de spiritualibus ascensionibus, cet. Initium voluminis II deest.

**184 (Eccl. 433, IV.) Charta. 4°. 238 ff. 1533.**

**Wilh. Diebier**, *Compendium sententiarum divinarum (?) (continens tractatus S. Bonaventurae, Thomae à Kempis, cet.)*

In fine: Explicit liber qui compendium sententiarum divinarum (?) dicitur, finitus et complectus .... diligencia et opera .... fr. Matthej de Busco qui eum ligauit et fr. Theodricj de Wert qui in eo rubram scripturam exarauit Anno virginej partus 1533 .... Istum libellum compilauit, conscripsit et ad finem ... deduxit.... Wilhelmus Dicbier.

„Ex canonica Mariana Weertana Canonicorum Regularium prope Eydhouiam quondam habitantium.”

**185 (Eccl. 60, antea 286s.) Membr. fol. 155 ff. 2 col. Saec. XV.**

**(Dionysius Carthusiensis)**, *Expositio in Exodum.*

Fol. 1b. *Explicit prologus. Incipit expositio literalis primi capituli libri exodi.*

**II.C.9**

Fol. 155a. Explicit feliciter per fratrem Wermboldum de Leydis in vigilia assumptionis virginis marie a<sup>o</sup> nativitatis sue lxx et professionis sue quinquagesimo.  
 „Pertinet ad Cartusienses prope Traiectum.”

**186 (Eccl. 157, antea 286t.) Membr. fol. 206 ff. 2 col. 1482—83.**

III.D.7

**Dionysius Carthusiensis, Expositio in Numeros et Deuteronomium.**

Fol. 1a. Incipit expositio fratris dyonisij carthusiensis super librum numerorum.  
 Fol. 113a. Explicit feliciter expositio ..... per fratrem Wermboldum ejusdem ordinis professorem a<sup>o</sup> dni M. CCC. lxxxij (1482) in profesto conceptionis virginis gloriose. Fol. 114a. Incipit dyonisius super deuteronomium. Fol. 206b. Explicit feliciter commentum ..... per fratrem Wermboldum de Leydis ejusdem ordinis professorem a<sup>o</sup> lxxxij (1483) v. maji.

„Pertinet ad Carthusienses prope Traiectum.”

**187 (Eccl. 131, antea 294m.) Membr. fol. 205 ff. 2 col. 1494.**

III.H.9

**Dionysius Carthusiensis, Expositio in Josuam, lib. Judicum, Ruth, Tobiam, Judith, Esther, Esdram, Nehemiam, Machabaeorum II. II et Baruch.**

Fol. 1a. (Prologus). Fol. 1b. Expositio literalis primi capituli libri josue. Fol. 36b. Explicit dyonisi carthusiensis super librum iosue. Incipit expositio eiusdem super librum iudicum. Fol. 205a. Explicit feliciter per fratrem Wermboldum de Leydis carthusiensem professum domus noue lucis prope traiectum Anno dñi 1494. XVI Kal. Januarij.

„Pertinet ad Carthusienses prope Traiectum.”

**188 (Eccl. 140, antea 285d.) Membr. fol. 172 ff. 2 col. 1480.**

III.B.6

**Dionysius Carthusiensis, Expositio in ll. Regum et Paralipomenon.**

Fol. 1a. Prologus .... Expositio primi capituli primi libri (Regum). Fol. 172a. Explicit elucidatio domini dyonisii carthusiensis super libros paralipomenon. Scriptus et finitus est hic liber per fratrem Laurentium Leydis monachum et professum domus noue lucis Carthusiensis ordinis prope Traiectum inferius. Anno dñi Millesimo quadragesimo octogesimo, septimodecimo die mensis maji.

„Pertinet ad Carthusienses prope Traiectum.”

**189 (Eccl. 462.) Charta. fol. 315 ff. 2 col. Saec. XV aut XVI  
 ineuntis.**

V.B.8

**Dionysius Carthusiensis, Expositio in ll. Regum et Paralipomenon.**

Fol. 1b. Expositio super libros regum et paralipomenon literaliter, moraliter et spiritualiter fratris Dionisii ordinis chartusiensium. Fol. 2a. Prologus, cet.

„Pertinet domini sororum inclusarum in Tongris.” — (Manu posteriori): „Ven. Mater Monasterij S. Agnetis in oppido Tongrensi dono dedit hunc librum bibliothecae fratrum Minorum Recollect in praefato oppido commorantium A. D. 1674.”

*II. C. 1*

- 190 (Eccl. 50, antea 295f.) Membr. fol. 179 ff. 2 col. Saec. XV.**  
**(Dionysius Carthusiensis), Expositio in Psalterium. Quinquagena II.**

Fol. 1a. Testimonium perhibens deus, cet.... Expositio literalis psalmi quinquagesimi primi videlicit Quid gloriaris, cet. Fol. 177b (in fine) ... sublimis et benedictus. Amen. Fol 178a. Tocius mundane vanitatis destructor omnipotens deus fac nos etc. (explicit fol. 179b).

„Pertinet ad Carthusienses prope Traiectum.”

*III. D. 14*

- 191 (Eccl. 164, antea 294g.) Membr. fol. 220 ff. 2 col. 1481.**  
**(Dionysius Carthusiensis, Expositio in Jesajam.**

Fol. 1a. Prologus. Fol. 2a. Explanatio primi capituli Ysaie. Fol. 220b. Explicit commentum fratris dyonisij carthusiensis super ysayam prophetam scriptum atque finitum per fratres noue lucis prope traiectum inferius in profesto sancti luce euangeliste. Anno dni 1481.

„Liber fratrum Carthusiensium prope Traiectum.”

- 192 (Eccl. 45, antea 294i.) Membr. fol. 183 ff. 2 col. 1482.**  
**(Dionysius Carthusiensis, Expositio in Jeremiam.**

Fol. 1a. Prologus. Fol. 2a. Expositio literalis primi capituli libri iheremie prophete. Fol. 183b. Explicit commentum fratris dyonisij carthusiensis super iheremiam prophetam. Finitum ac compleatum Anno dni M<sup>o</sup> CCCC<sup>o</sup> 82<sup>o</sup> septimo Kalendas Junij. In domo noue lucis prope Traiectum inferius ordinis Carthusiensis.

„Pertinet Carthusiensibus... prope Traiectum inferius.”

*II. F. 2.**I. H. 10*

- 193 (Eccl. 33, antea 295e.) Membr. fol. 202 ff. 2 col. 1485.**  
**(Dionysius Carthusiensis, Expositio in Evangelium S. Lucae.**

Fol. 1a. Incipit prologus.... dionisij carthusiani super Lucam. Fol. 201b. Explicit expositio .... super lucam. Scripta et completa per fratres Arnoldum et Theodericum dicti ordinis monachos in festo sancti theoderici... Anno dni millesimo quadringentesimo octuagesimo quinto (1485) in domo sancti saluatoris siue noue lucis prope Traiectum inferius. Fol. 202. Tab. lectionum in ecclesia.

„Pertinet ad Carthusienses prope Traiectum.”

*IV. C. 14*

- 194 (Eccl. 193, antea 296n\*.) Charta. fol. 229 ff. 2 col. 1480.**  
**(Dionysius Carthusiensis, Expositio in Acta Apostolorum et Epistolas Canonicas.**

Fol. 1a. Prologus in acta apostolorum. Fol. 229a (in fine:) Orate pro scriptore fratre Johanne de Stert monacho pictore (peccatore?) 1480.

„Pertinet ad Carthusienses prope Traiectum.”

195 (*Eccl. 264, antea 283r.*) *Charta. 4°. 177 ff. Saec. XV.*

I. I. 4

**Dionysius Carthusiensis**, Sermones de sanctis per hyemen, fol. 1—89.

Ejusdem Sermones de tempore hyemali pro religiosis, fol. 90—177a.

„Pertinet ad Carthusienses prope Traiectum.”

196 (*Eccl. 119, antea 282t.*) *Membr. 4°. 174 ff. 2 col. Saec. XV.*

I M. 4

**Dionysius Carthusiensis**, De contemplatione II. III., fol. 1—125.

Fol. 1a. Inc. tabula etc. Fol. 4b. Inc. liber fratri dyonisii ordinis carthusiensis de contemplatione. Fol. 126 vacat.

Ejusdem Liber de mortificatione vivifica et reformatio interna, fol. 127—157a.

Ejusdem Dialogus inter Jesum et puerum, fol. 157a—174a.

„Pertinet ad Carthusienses prope Traiectum in Bloemendaal sive Valle florum.”

in

197 (*Eccl. 249, antea 282aa.*) *Membr. 4°. 92 ff. 2 col. Saec. XV.*

I. I. 4

**Dionysius Carthusiensis**, Quatuor novissima.

(Incipiens): Mens absque concilio est, cet. — In fine (articuli 68) .... deus sublimis et benedictus. Amen.

„Pertinet ad Carthusienses prope Traiectum.”

198 (*Eccl. 212, antea 284l.*) *Membr. fol. 111 ff. 2 col. 1510.*

IV. E. 7

**Dionysius Carthusiensis**, Liber de passionibus animae, fol. 1—48a.

Ejusdem Liber de divina essentia, fol. 48a—111a.

Fol. 109b ... feliciter compleatus per fratrem Wernboldum de Leydis: Anno 1510. (Seq. tabula).

„Pertinet ad Carthusienses prope Traiectum.” — Tegimento libri agglutinata est charta cuiusdam compositionis inter Johannem Johannis de Randorp, presbyterum ministrum ceterosque fratres et religiosos conventus S. Pauli apostoli in Amstelredam et Johannem Eggart artium magistrum et in S. Theol. baccalaureum, de „terra juxta otenwall” a sorore sua Conuentui donata, data Ultrajecti 27 Aug. 1466.

199 (*Eccl. 199, antea 287g.*) *Membr. fol. 185 ff. Saec. XV.*

IV. E. 2

**Dionysius Carthusiensis**, Libellus de remediis temptationum, fol.

1—39a. (40 vacat.)

Ejusdem Tractatulus de professione religiosorum, fol. 41—62. (63 vacat.)

In fine: ... Scriptus per fratrem Wernboldum Leydis Carthusiensem domus saluatoris in valle florum prope Traiectum.

Ejusdem Tractatulus primus de symonia vitanda in receptione novitiorum, fol. 64—77. (78 vacat.)

In fine: explicit per fratrem Wernboldum Leydis.

**Smaragdus**, Libellus qui dicitur Diadema monachorum, fol. 79—129.

**Dionysius Carthusiensis**, Exhortatorium noviciorum, fol. 130—144.

**Thomas Regularis (à Kempis)**, Admonitiones ad spiritualem vitam, et primo de imitatione Christi et contemptu omnium vanitatum mundi (sive liber I de imitatione Christi), fol. 145—157a.

Incipit: Capitulum primum quoniam sequimur christum. Qui sequitur me, cet. In fine cap. XXV... vim intuleris, Amen.

Eiusdem, De interna Christi locutione ad animam fidelium (sive liber III de imitatione Christi), fol. 157a—185b.

Incipit: Audiam quid loquatur in me dominus deus, cet. In fine cap. LIX ... perpetue claritatis. Amen.

„Pertinet ad Carthusienses prope Traiectum inferius.”

*V. C. 20.* **200** (*Eccl. 160, antea 293bb.*) *Charta*. fol. 125 ff. 2 col. Saec. XV.

**Dionysius Carthusiensis**, Liber de vitiis et virtutibus.

Fol. 1a. Tituli sequentis opusculi, cet. Fol. 1b. Incipit liber de vicijs dyonisij cartusiensis. Fol. 125a. Explicit liber... de vicijs et virtutibus. Fol. 125b. Tabula titulorum libri prescripti.

*II. B. 2* **201** (*Eccl. 166, antea 286g.*) *Membr.* fol. 171 ff. Saec. XV.

**Carolus Fernandus**, Speculi monasticae disciplinae ll. IV, fol. 1—155a.

Fol. 1a. Quisquis fallax calcare seulum, cet. Fol. 155a. Speculi monastice discipline Caroli Fernandi libri quarti et ultimi finis. Reuerendo... Iohanni Durando .... Rapalius Foresius debitam subjectionem et reuerentiam.

**Hugo de Sancto Vietore**, Speculum monasticae disciplinae, fol. 155b—171a.

*II. A. 9* **202** (*Eccl. 29, antea 288e.*) *Membr.* fol. 238 ff. 2 col. Saec. XIII  
ineuntis.

(**Florus Magister**, diaconus Lugdunensis), Defloratio epistolae ad Romanos et ad Corinthios I.

In fronte fol. 1 inscriptum est manu posteriori: „Defloratio flori episcopi cantuariensis super epistolam ad Romanos, cet. — Fol. 1b. Paulus servus Christi Jhesu vocatus, cet. .... Paulus apostolus qui cum Saulus prius vocaretur, cet. Fol. 128b. Explicit Defloratio Epistolae ad Romanos. Incipit Defloratio in Epistolam ad Corinthios primam. Ex sermone Evangelii De Muliere Chananea. Paulus vocatus apostolus Christi cet. .... Paulus primo Saulus, hoc est primo superbis, cet. Fol. 238a. Explicit Defloratio Epist. ad Cor. primae.

Inscripta sunt fol. 1a et fol. 238b duo statuta Heidenrici abbatis monasterii S. Pauli Trajectensis a. 1255 et 1256.

„Liber monasterii S. Pauli in Traiecto inferiori.” — In ouden band met looden knoppen enz.

Vid. de hoc opere, falso Bedae Venerabili tributo, et inter ejus opera typis impresso: Histoire litteraire de la France, t. V p. 222.

**203 (Eccl. 424.) Membr. et charta. 4°. 243 ff. 1468—69.**

*T. E. 15*

**Joannes Gerson,** Considerationes de mystica theologia, fol. 1—28a.

Eiusdem Practica de mystica theologia, fol. 28a—48a.

Eiusdem Tractatus de vita spirituali animae (2 part.), fol. 48a—121a.

In fine: Explicit tractatus secundus huius opusculi qui est de vita animae, s. de discretione spirituum et modo superandi temptationes. Anno dom. 1468 octaua die iulij.

Eiusdem Flores spirituales moralium sive Regulae morales, f. 121a—146b.

Eiusdem Tractatus de forma absolutionis sacramentali cum quibusdam aliis ad fratrem suum de ordine Celestinorum, fol. 147—152a.

In fine: Explicit epistola... Anno domini 1468 in profesto beate barbare virginis.

Eiusdem Tractatus de indulgentiis, fol. 152a—156a.

Eiusdem Tractatulus de remediis adhibendis ab idoneo confessore, cet., fol. 156a—158b.

Eiusdem Tractatus de pollutione diurna, fol. 158b—167b.

Sequuntur quaedam, sumpta ex Summa Confessorum lib. 3°. fol. 167b—168b.

Eiusdem Tractatus de multiplicibus subtilibus temptationibus inimici, fol. 169—179a.

In fine: Finitus anno dom. 1468 in vigilia natalis domini.

Eiusdem Responsio ad quaestionem an delectatio cordialis quaerenda sit in servicio Dei, cet, fol. 179a—180a.

Eiusdem Tractatus de monte contemplationis, ex Gallico in Latinum translatus, fol. 180a—211a.

In fine: Anno dom. 1469 ipso die beate Agnetis martiris.

Eiusdem Tractatulus de meditatione cordis, fol. 211b—215b.

Eiusdem Tractatulus de simplicitate cordis, fol. 215b—223a.

Eiusdem Tractatulus de directione cordis, fol. 223a—236a.

Eiusdem Tractatulus de oratione et ejus valore, fol. 236a—243b.

Finis deëst.

„Sum Canonicorum Regularium Vallis Elisabeth in Comitatu Hernano.”

**204 (Eccl. 352, antea 283s.) Membr. et charta. 4°. 188 ff. Saec. XV. *T. H. 18***

**(Joannes Gerson),** Liber de consolatione theologiae, fol. 1—41.

(Incipiens:) Quoniam secundum apostolum, cet.

**Joannes Ruusbroeec**, Tractatulus de duodecim virtutibus, de lingua vulgari in Lat. transl., fol. 42—68.

**Joannes de Schoenhovia**, Epistola ad Wilh. Vriman, ord. Carthus. prope Trajectum, continens tractatum de passione domini, fol. 69—92a.

Fol. 92b: Excerptum ex S. Bernardi Serm. de passione.

Eiusdem Tractatus de contemptu mundi, fol. 93—100.

(Incipiens:) Nolite diligere mundum, cet.

**Stella clericorum**, fol. 101—111.

(Incipiens:) Quasi stella matutina, cet.

**Tractatus** de statu clericali, fol. 112—116.

(Incipiens:) Catho egregius poeta. Fol. 116b: Excerptum e S. Bernardo de corona clericorum.

**Oratio** incipiens: Omnipotens pater, cet., fol. 117—120a.

**Tractatus:** Cum bonis ambula, fol. 120a—124b.

(Incipiens:) In hoc Cathonis documento, cet. — Fol. 125a—126a. S. Bernardus.... ex persona Helie monachi ad parentes eius.

**Speculum peccatorum** (tributum Gregorio Magno), fol. 126a—131b.

(Incipiens:) Quoniam carissimi in via hujus seculi. — Fol. 132a Tractatulus incipiens: Dominus transiens de hoc mundo (de dignitate sacerdotalis officii). Fol. 133b. De ministranda missa quedam. Fol. 134b. Versiculi nonnulli morales.

**S. Brigitta**, Sermo de excellentia Virginis Mariae, fol. 135—157a.

ipso die Margarete virginis Anno quo supra. [1393. In edit. Buchelii p. 432 media].

**787** (*Hist. 124.*) *Charta. fol. 245 ff. Saec. XVI exeuntis vel XVII  
ineuntis.*

**Wilhelmus Heda**, *Historia episcoporum Ultrajectensium.*

Fol. 1a. Sanctae et venerabili Ecclesiae Ultraiectensi, cet.... Ait Ecclesiastes  
Dedi cor, cet. Fol. 4a. Prooemium. Vrbis Ultraiectensis, cet. Fol. 241a (in fine)  
.... quam sanguine illustris. (Sequuntur fol. 242—45: monogrammata Imperatorum  
Germanicorum.)

In fronte voluminis: „Gish. Lappij a Waueren J. Ct. Ultrajectini 1629”. Cum  
quibusdam notis ejusdem.

Codex differt ab editione Buchelii. Nonnulli hiatus codicis suppleti sunt in opere  
impresso. Accedunt in hoc codice 4<sup>o</sup> Apocha, manu propria Hedae scripta, die

V. F. 23

VI. E. 10

18 aprilis 1523; 2<sup>a</sup> Dedicatio hujus operis anni 1521, Basileae ut videtur typis.  
impressa, e qua apparet jam eo tempore Hedae in animo fuisse historiam edere.

Antea in Archivo provinciae Ultrajecti. — Cf. de mss. Hedae: Vermeulen, Vanden  
levene ons Heren, p. XXXIII; S. Muller Fz., Lijst van N. Ned. kronijken, p. 43.

**788** (*Hist. 176.*) *Charta. fol. 240 ff. 1583.*

*VI. F. 9*

**Wilhelmus Heda**, Historia episcoporum Ultrajectensium.

In fine: 1583. Hiatus in hoc codice plures sunt quam in praecedenti codice. —  
Fuit in bibliotheca viri notabilis Gillis van Ledenberch. Emptus in auctione  
librorum apud S. L. van Looy Amstelod., Apr. 1887.

**789** (*Hist. 7.*) *Charta. fol. 255 ff. Saec. XVI exeuntis.*

*IV. K. 2*

**Wilhelmus Heda**, Historia episcoporum Ultrajectensium.

Hic codex atque praecedens apographa esse videntur ejusdem archetypi, licet  
passim differant, eadem manu scripti.

**790** (*Hist. 8.*) *Charta. fol. 137 ff. Saec. XVII ineuntis.*

*IV. K. 3*

**Wilhelmus Heda**, Historia episcoporum Ultrajectensium.

In fine: „Finis 14 Ja. 1607.” In margine quaedam variae lectiones. Textus non  
omnino consentit cum editione Buchelii.

**791** (*Hist. 84, antea 2780?*) *Charta. fol. 177 ff. Saec. XVII.*

*VI. E. 2*

**Wilhelmus Heda**, Historia episcoporum Ultrajectensium.

Fol. 173—77 continent Indices. Textus non omnino consentit cum editione  
Buchelii. — Codex, antea in Bibliotheca nostra, ex archivio provinciae Ultrajecti  
in eam rediit.

**792** (*Hist. 125.*) *Charta. fol. 47 ff. Saec. XVI.*

*VI. E. 11*

**Wilhelmus Heda**, Historiac episcoporum Ultrajectensium pars I.

In editione Buchelii pag. 1—76. Cum notis marginalibus et additionibus. Scripta  
manu Wout. Brock, vicarii capituli S. Martini Trajecti ad Rhenum.

Cf. Vermeulen et Muller, opp. cit.

**793** (*Hist. 9.*) *Charta. fol. Saec. XVII.*

*IV. K. 4*

**Arnoldus Buchelius**, Apparatus pro editione sua operum Joa. de Beka,  
Wilh. Hedae et Lamb. Hortensii.

I. Historia W. Hedae ex edit. Furmerii cum emendation. et notis mss. Buchelii;  
II. Chronicon Jo. de Beka ex eadem edit., cum emendatt. Buch.; III. Buch. Notae  
historicae (autogr.) ad Jo. Becani Chronicon. (40 ff. in fol.); IV. Vetustiss. Ultra-

jectensium Pontificum indigitamenta, cœl. auctoribus Hadr. Barlando et Ger. Noviomago, ex edit. Pt. Scriverii; V. Lamb. Hortensi Secessionum civilium Ultrajectin. II. VII ex edit. Basiliensi.

*VI. A. 15*  
794 (*Hist. 128.*) *Charta. fol. 30 ff. Saec. XVI.*

**Thomas Basinus** episc. Lexoviensis), Fragmenta ex anonymo quondam autore Historiarum rerum gestarum temporibus Caroli VII et Ludovici ejus filii regum Franciac cet. [de motibus Traiectensibus a. 1481—83].

Fuit „Gisb. Lappi a Waveren 1619”. Cum notis ejusdem. Postea in archivio provinciae Ultrajecti. Cf. cod. seq. et Vermeulen, Vanden levene ons heren, p. XXXVII; S. Muller Fz., Lijst van N. Ned. kroniken p. 47 (ubi deleantur verba „iets minder volledig”). Editio operis Basini doct. J. Quicherat (Paris 1857, tom. III, p. 73 sqq.) non omnino consentit cum hoc ms.

*VI. A. 15*  
795 (*Hist. 127.*) *Charta. fol. 30 ff. Saec. XVII.*

**Thomas Basinus**, Copia motuum Traiectensium sub Davide Burgundo, e suo codice ms. Historiarum de gestis Ludovici XI Regis Galliae. In lucem producta a Gisb. Lappio a Waveren.

Manu ipsius Gisb. Lappi cum notis et additamentis ejusdem. Fuit postea Corn. Boothii qui quaedam de familia Basin adjecit et epistolam Jani Basin („procureur voor den H. Rade te Mechelen”) ad Val. van de Boort („secretaris van de stadt Utrecht”), 27 Mart. 1524.

Est apographum codicis praecedentis. Non est editum a Gisb. Lappio sed corrupte ab Ant. Matthaeo in Analectis vet. aevi (Tomi I edit. II p. 501—586. Cf. p. 388—89). Antea in archivio provinciae Ultrajecti.

*VI. E. 32*  
796 (*Hist. 172.*) *Charta. fol. 39 pp. Saec. XVI.*

**Henr. Bomelius**, Bellum Trajectinum, pag. 3—21.

**Oda** de Trajectinae civitatis laudibus, p. 23—29.

**De festo Aurei Velleris Trajecti celebrato . . . a° 1546**, p. 30—35.

**Lijst** van verslagenen, gevangen en onthoofden bij het innemen van Utrecht (in 1528), p. 37—39.

(Incipit:) [Dese nabescreuen] personen zijn . . . geslegen int innemen der Stadt van Utrecht, etc. Haec tabula, eodem tempore scripta, postea codici addita fuit.

„Ex bibliotheca Gisberti Lappi à Waveren” (qui annotationes adjecit), postea Corn. Boothii. Donum v. doct. J. A. Grothe (1885). — Codex editus est a v. cl. B. J. L. de Geer in „Werken van het Historisch Genootschap” N. Serie N° 28 (Utr. 1878).

*V. H. 9*  
797 (*Hist. 137.*) *Charta. 4°. 48 ff. Saec. XVII.*

**Corn. Block**, De origine domus Regularium in urbe Ultrajectina.

Auctor erat prior hujus conventus circ. a. 1540. — Donum Joa. Renesse de

Wylp Th. f. (Cornelio Booth) 1640. — Postea in archivio provinciae Ultrajecti. — Cf. Vermeulen, Van den leuene ons heren, p. XXXVIII; Acquoy, Het klooster te Windesheim, II p. 214; Val. Andreas in voce Cornelius Beeck (sic!). *Berkhof de Boer, Bijdr. geschr. Minderbroeders, dl. 10 (1959), p. 255*

**798** (*Hist. 132, 133.*) *Charta. fol. 2 vol. 275 et 237 ff. Cum figuris IV. E. 15, 15<sup>o</sup>*  
*calamo delin. et pictis.*

**Arnoldus Buchelius**, Commentarius rerum quotidianarum, in quo, praeter itinera diversarum regionum, urbium, oppidorumque situs, antiquitates, principes, instituta, mores, multa eorum quae tam inter publicos quam privatos contingere solent, occurrent exempla. (Jan. 1560—April 1599).

Vol. I continet f. 9—54 descriptionem urbis Trajecti ad Rhenum et collectanea de familiis Trajectensibus. Fol. 55 incipit Diarium ab anno 1560, in quo continentur etiam itinera Belgica, Gallica, Germanica, Italica auctoris. Cf. Vermeulen, Vanden leuene ons heren, p. XL.

Antea in archivio provinciae Ultrajecti.

**799** (*Hist. 93.*) *Charta. 4°. 176 pp. Saec. XVIII.*

*T. G. 21*

**Arnoldus Buchelius**, Descriptio Urbis Rheno-Trajectinae aliaque ad res praesertim Trajectinas spectantia, excerpta ex inedito ejus MS. diario (a Pt. van Musschenbroek).

Excerptum ex opere praeced., typis impressum Trajecti ad Rhenum anno 1801. Acc. P. van Musschenbroek, Aanteekeningen nit het Album van Arn. Buchelius etc. 22 pp. in fol. — Antea in Archivo provinciae Ultrajecti. — Cf. Tijdschrift voor geschied. van Utrecht, uitgeg. door P. J. Vermeulen III (1849) p. 69 vv.

**800** (*Hist. 64.*) *Charta. 4°. 2 vol. 665 ff. Saec. XVII.*

*T. G. 15, 16*

**Miscellanea** suppeditata a D[omino Stephano van] Rhemen. Descripsit  
Ant. Matthaeus, juris antecessor Leidae.

*VI D. 1*

Diplomata, Litterae etc. saec. X—XVI, potiss. res Ultrajectinas spectantia. Acc. Index chronologicus deser. a P. J. Vermeulen, in fol.

Ex Biblioth. Meermanniana (MS. № 774). — Bibliothecae d.d. vir cl. H. W. Tydeman. — Cf. A. Matthaei Vet. aevi analecta, ed. II, tom. III p. 412 infra.

**801** (*Hist. 72.*) *Charta. 4°. 72 ff. Saec. XVIII.*

*V. F. 31*

**Arnoldus Drakenborch**, Praelectio de origine urbis Trajectinae (1737).

Scripsit A. A. de Ruever. — Ex biblioth. P. Bondam (1800), J. Meerman (1824), J. T. Bodel Nijenhuis (1873).

*V. F. 27* 802 (*Hist. 21.*) *Charta. 4°. 33 ff. Saec. XVIII.*

**Arn. Drakenborch**, Praelectio de origine urbis Trajectinae.  
Scripsit Theod. Woertman.

*V. G. 22.* 803 (*Hist. 94.*) *Charta. 4°. 29 ff. Saec. XVIII.*

**Idem liber.**  
Scripsit J. C. van Hasselt. — Ex archivio provinciae Ultrajecti.

804 (*H. Gen. 26.*) *fol. 28 ff. Saec. XVIII.*

**Idem liber.**  
Bibliotheca Soc. hist. Trajecti ad Rhenum.

*T. B. 24* 805 (*Lat. 62.*) *Charta. fol. 111 ff. Saec. XV.*

**M. Accius Plautus**, Amphitruo, fol. 1—18.

Ejusdem Asinaria, fol. 19—33.

**P. Terentius Afer**, Comoediae, fol. 34—95.

Fol. 95b (in fine:) P. therentii afri poete comici phormio explicit . . . completa die 8 mensis octobris hora 19 Anno 1464. Wilhelmus Alfijn.

**(Joh. Jovianus Pontanus)**, Poemata fol. 96—111.

Haec pars codicis valde maculata est. Fol. 96—108a continent majorem partem libri I Amorum, cuius contextus differt ab editione Aldina. Fol. 96b incipit Carmen nocturnum ad fores puerorum: Sic tibi crudeles isti fodiantur ocelli, cet. Fol. 108b: Ad Musam de conversione Sebethi in fluvium (ex libro II Amorum). Fol. 109a. Iouanii (sic) pontani libellus incipit cui nomen est Pruritus. Fol. 110b: Explicit p: Wilhelmus Alfijn. — Sequuntur versus nonnulli Ovidii et aliorum; carmen „in laudem cyclo (sic) puerorum” cet.

Antea in archivio provinciae Ultrajecti.

*T. F. 23* 806 (*Lat. 11, antea 292r.*) *Charta. 4°. 243 ff. Saec. XV.*

**P. Terentius Afer**, Comoediae VI.

In fine: Epythaphium Therentij. Natus in excelsis, cet . . . Finis in Delf anno 1474° 17 kal. Julij.

„Codex monasterii S. Pauli in Trajecto inferiori.”

*III. A. 2* *F* 807 (*Lat. 16, antea 279m.*) *Membr. fol. maj. 287 ff. 2 col., initial. nitide pictis et deaur. Saec. XIV vel XV ineuntis.*

**M. Tullius Cicero**, Orationes. Acc. Sallustii Invectivae in Ciceronem et Ciceronis in Sallustium.

Fol. 1a. M. Tullii Ciceronis oratio pro lege manilia . . . incipit. Fol. 286b. Explicit M. T. Ciceronis inuestigatio in Salustium. Fol. 287a vacat. Fol. 287b. (Tabula Oratio-

*F* gestaan aan de Kon. Bibl. den Haag  
2 Januari 1908.

num. In fine:) Orationem, cuius initium: Si quando inimicorum, noluit ~~hunc~~ volumini inseri is cuius studio superiores in unum veluti corpus redactae sunt. Eam namque non a Cicerone pridie quam proficiseretur in exilium sed ab aliquo declamatore (quisquis ille fuerit nihil ad nos) editam, non ineptus in hac re iudex palam dictitat atque aperte pronunciat. Deo gracias Amen.

In Philippicis Oratt. V et VI inter se confusae sunt et multa desiderantur.

Codex fuit Pt. Francii. Emptus in auctione Emtinckiana a<sup>o</sup> 1753. (Catal., tom. IV, N<sup>o</sup> 457 in fol.).

De hoc codice vid. J. G. Graevium in praefat. ad Ciceronis Orationes, tom I p. 2.

808 (*Lat. 3, antea 279n.*) *Membr. fol. 116 ff. 2 col. Saec. XV.*

I. E. 27

**M. Tullius Cicero**, *De officiis* ll. III, fol. 1—44a.

In margine fol. 4: Materia huius libri est triplex ut asserunt. Primo, cet.

Eiusdem Tusculanarum quaestionum ll. V, fol. 44b—103b.

Eiusdem *De amicitia* liber, usque ad § 101, fol. 104a—114b.

Eiusdem *Somnii Scipionis* fragmentum (§ 12—27), fol. 115a—116b.

Emptus in auctione Emtinckiana a<sup>o</sup> 1753.

809 (*Lat. 1, antea 279i.*) *Charta. fol. 121 ff. Saec. XV exeuntis.*

I. E. 26

**M. Tullius Cicero**, *De oratore* ad Quintum fratrum ll. III, fol. 1—87.

Fol. 1a. (C) Ogitanti michi sepenumero et memoria uetera repetenti, cet.

**Plato**, *Gorgias*, Latine, fol. 88—120.

Fol. 1a. (G) Orgia leontino qui primus profleri ausus est, cet.

**Petrus Burrus Brugensis**, *Salutaris adm(on)itio ad Quadragesimalis jejunii observationem, metrice*, fol. 121.

810 (*Lat. 10.*) *Charta. 8°. 71 pp. Saec. XVIII.*

I. F. 22

**Collatio** ll. II de inventione, ll. IV Rhetoricorum ad Herennium et Topicorum Ciceronis cum cod. ms. Coenobii Ulrichiani, tune. Car. Rechlingeri.

Ex libris Pt. Burmanni Secundi. — Vid. ejusdem Anthologia, tom. II p. 739 (annot. ad p. 571) et praefatio ad ejusdem editionem Rhetor. ad Her. p. XL.

811 (*Lat. 7.*) *Membr. 4°. 40 ff. Saec. XII vel XIII ineuntis.*

I. E. 29

**Macrobius**, *Commentarius in Ciceronis Somnium Scipionis.*

Fol. 1a. Cum in africam venisset anieio manlio consule, cet. (Prooemium finitur eodem fol.) audite caetera. Incipit Expositio Macrobi in Somnium Scipionis. Inter Platonis et Ciceronis libros, cet. In fine fol. 40... uni rei contraria simul

accidere non posse: et quia contraria sibi sunt mouere et moueri: non posse animam se .... Cetera cap. XVI et cap. XVII desunt.

Quaedam folia sunt mtila.

I. B. 19 812 (*Lat. 6, antea 279c.*) *Charta. fol. 232 ff. Saec. XV.*

**Valerius Maximus**, Factorum et dictorum memorabilium ll. IX cum tabula, fol. 3—116.

**M. Tullius Cicero**, Rheticorum ad Herennium ll. IV, fol. 117—166.

**Aeneas (Sylvius)**, Epistola ad jurisecons. Gregorium Hemiburgensem [de Heimburg], s. a., fol. 167a.

Eiusdem Epistola ad Henricum com. de Lupffen, V Id. Apr. 1444, fol. 167b.

**M. Tullius Cicero**, Epistolae quaedam, fol. 169—216.

Initio voluminis (fol. 1, 2): Carmina et annotationes quaedam manu possessoris hujus codicis: Johannis de Ameronghen. In fine: Phalaridis Epistolae, Latine e versione Franc. Aretini etc. impr. Coloniae apud Jo. Koelhof s. a. (Hain 12888). Bibliothecae d. d. C. Booth 1648.

I. B. 18 813 (*Lat. 4, antea 279f.*) *Charta. fol. 92 ff. Saec. XV.*

**Valerius Maximus**, Factorum et dictorum memorabilium ll. IX cum notis marginalibus et interlinearibus.

Fol. 1a. Urbis Romae, cet. Fol. 90b in fine: W. scripsit. Fol. 91: Quaedam in textu omissa: de neglecta religione, cet. Fol. 92. Tabula capitum.

I. B. 17 814 (*Lat. 2, antea 279e.*) *Charta. fol. 189 ff. Saec. XV.*

**L. Annaeus Seneca**, Tragoediae, cum argumentis Hier. Balbi et scholiis.

Fol. 1a: Karolus Fernandus tragediarum senece, cet. (Disticha ex edit. Paris. Wolfgangi Hopijl). Fol. 1b: Seneca in hoc libro qui pre manibus habetur, cet. Fol. 2b. In prima tragedia senece eius materia est furia herculis, cet. Fol. 3. (Initium Herculis Furentis usque ad vers. 52) deest. Fol. 4a. Fraterna cur non ninetum, cet. Fol. 186b. Karolus Fernandus S. p. d. Pet. cohardo aduocato regio. Fol. 187a. Hieronimi balbi Argumentum in hereculem furentem. Fol. 189a (in fine): Finiunt argumenta x tragediarum per hieronimum balbum.

I. E. 28 815 (*Lat. 5.*) *Membr. fol. 146 ff., initial. pict. et deaur. Saec. XV.*

**M. Annaeus Lucanus**, Pharsalia.

Fol. 1a. Corduba me genuit, cet. Fol. 140a. Isti uersus competunt primo libro lucani, cet. Fol. 142a. Cum in lucani expositione potius turbet, cet. Fol. 146a (in fine:) .... nam ipse lucanus multis usus est digressionibus.

n° 816 geverild met de Leidse Univ.- bibl. 10 Junie 1908.

I. G. 2

816 (Gr. 26.) Membr. 16°. 175 ff. Saec. XII et fortasse XIII ineuntis.

**Pindarus Thebanus**, Epitome Iliados, fol. 1—10.

Incipit a vers. 58: Testoriden dictis primum compellat amaris. Desinit in v. 656: Paruit his monitis iterumque ad castra regressus. — Vid. praefatio editionis Van Kooten et Weytingh, p. VII.

**Ivo Carnotensis episcopus**, Epistolae, fol. 11—94b.

Initio mutilus. Fol. 11b. I. dei gratia carnontensem humilis episcopus A. nobili comitissae .... Regius in excellentia vestra sanguis, cet. Fol. 94a: I. h. c. e. m. Rob. com. pontuiensi sal. Si in .. uobis a sagiensi episcopo diuinum officium, cet.

**Ex Deeretis B. Gregorii Papae**, fol. 94b—96a.

Episcopus missam celebrare debet, cet.

**Persius**, Satirae, fol. 97—104.

Fol. 97. Incipit a vers. 96 Satirae I: Arma uirum non ne spuinosum et cortice pingui. Fol. 101 desinit in v. 48 Satirae IV: Si facis in penem quicquid venit amarum tibi. Fol. 102 incipit a v. 40 Satirae I: Nascentur uiole, cet, et desinit in v. 95: Sic costam longuo, cet. Fol. 103 incipit a v. 55 Satirae V: Rugosum piper, et desinit in v. 118: Quae dederam supra. Fol. 104 incipit a v. 57 Satirae VI: Sit pater. In fine: Persii Aulis (sic) Liber explicit.

**Ovidius**, De arte amatoria. Fragmentum versionis Gallicae (auctore Jaques d' Amiens) fol. 105—109a.

Fol. 105a. Sil sanz demander te donneoit

An p(re)ndre pou de blasme aurooit etc.

Fol. 109a (in fine) Explicit ouide de arte am. (sic). — Fol. 109b. Fragmentum itinerarii in Angliam (?). Fol. 110b. Quedam Gallice et Latine.

Versio Jaq. d'Amiens edita fuit a G. Körting (Leipzig 1868). Cf. Brakemann in „Jahrbuch für roman. Literatur“ (1868) p. 339; Gaston Paris in „Hist. littér. de la France“ tome 29, pag. 468 svv.

**Aulus Gellius**, Noctium Atticarum fragmenta, fol. 111—118.

Fol. 111a. Incipit IIII capitulum XIII (recte XIII) libri agellii. (Explicit fol. 111b). Fol. 112a admonendi gratia dixisse, cet (initio cap. X usque ad finem cap. XV libr. XII). Fol. 117b (in fine).... absoluerunt. Fol. 118—120 Annotationes quaedam alchymistiae, astronomiae, cet. Fol. 120b (in fine): anno ab incarnatione domini M° C° lxx⁹ viii⁹, iii⁹ Kal. octobris Guillelmus philosophus fuit annorum xxxix .... festo sancti michaelis arch.

Fragmentum aliud ejusdem codicis inventur in bibliotheca Bernensi (Catal. cod. Bern. ed. Hagen, N° 404), testante Mt. Hertz.

**Porphyrius**, Isagoge, Latine, fol. 121—128b.

Initium deest. Fol. 121b incipit cap. II.

**Aristoteles**, Liber de interpretatione, Latine, fol. 128b—138.

Fol. 128b: Incipit Liber peri ermenias. Primo oportet constituere, cet.

**Aristoteles**, *Categoriae*, Latine, fol. 139—153a.

Fol. 139a: *Incipit Liber de decem predicamentis. Equiuoca dicuntur quorum nomen, cet.*

**Ejusdem Topicæ**, Latine, fol. 153a—175a.

Fol. 153a. *Incipit Liber de topicis differentiis. Omnis ratio disserendi, cet.*

Fol. 175a. *Lib. III de topicis differentiis explicit.*

**Libri Divisionum** fragmentum, fol. 175a—b.

Fol. 175a. *Incipit Liber Divisionum. Quam magis studiosis afferat, cet.*

*Ex bibliotheca Pt. Burmanni Secundi.*

I. F. 21

**817** (*Lat. 9.*) *Charta. 4°. 71 ff. Saec. XVIII.*

**Arusianus Messius**, *Exempla elocutionum ex Virgilio, Sallustio, Terentio, Cicerone, digesta per literas. Descripta ex codice Jac. Phil. d' Orville, manu Pt. Burmanni Secundi. Cum notis ejusdem Burmanni*, fol. 1—54.

In fine: „*Pt. Burmannus Fr. fil. Fr. nep. Scripsi et absolvi Franequerae d. 30 Apr. 1737 a lenta ac tenaci febri convalescens.*”

**Remnius Palaemon**, *Differentiae sermonum ex Suetonio. Deser. ex cod. J. P. d' Orville, cum notis Pt. Burmanni Secundi*, fol. 55—71.

I. H. 9

**818** (*Lat. 58.*) *Charta. 4°. 63 ff. Saec. XVI.*

**Philiscus**, *Consolatoria Ciceronem alloquentis . . . e graeco in lat. tradueta per Joannem Aurispam*, fol. 1—7.

**Valerius Probus**, *de litteris antiquis interpretandis opusulum*, fol. 8—20.

**Inscriptiones** antiquae, epigrammata, cet. cum adscriptis ab Henninio variantibus lectionibus e Grutero aliisque, fol. 21—63.

Fuit Pt. Burmanni Secundi.

V. C. 15

**819** (*Lat. 65.*) *Membr. 4°. 98 ff. quorum f. 83—98 in 2 col. Saec. XIV.*

**Matheolulus** (Mathiolet, de Boulogne), *Lamentationes, metrice, cum notis marginalibus.*

Fol. 1a. *Hic incipiunt lamentationes Matheoluli.*

*Parue nec inuideo, Morini, liber ibis in urbem.*

*Sed mire timeo ne viso carmine turbem, cet.*

Fol. 82b. *Hoc est finale concilium quod matheolulus dat amicis suis, quicquid in precedentibus dixerit. (In fine:) Explicit liber lamentationum matheoluli.*

**(Pseudo-)Aristoteles**, Liber de secretis secretorum de regimine principum, Látinge, fol. 83—98.

Fol. 1a. Incipit liber Aristotelis, cet.... Dominó suo..... Guidoni de valentia civitatis tropolis [Tripolis] .... pontifici Philippus suorum minimus clericorum seipsum et fidele deuotionis obsequium. — Finis operis deest.

Antea in archivio provinciae Ultrajecti.

**820 (Lat. 14.) Membr. 8°. 18 ff. Saec. XIV exeuntis vel XV ineuntis.**

I. G. 30

**Pamphilus Maurilianus sive de arte amandi elegiae.**

Fol. 1a. Incipit panphilus. Vulneror et clausum porto sub pectore telum, cet.  
Fol. 18a. Explicit pamphilus.

„Auctor horum carminum est Monachus Sec. XV. [?] Prodiit primum Venet. 1480 et a M. Goldasto editus est inter Ovidii Erotica, Francof. 1610.” Nota Pt. Burmanni Secundi. — Ex ejusdem bibliotheca.

**821 (Eccl. 342, antea 286m.) Charta. fol. 178 ff. 2 col. Saec. XIV.**

I. B. 4

**Ludolfus (Lupoldus Babenburgensis?) Brevilogus s. Lexicon Latinum**, fol. 2—139b.

Fol. 1 (initium) deest. Fol. 106b. De nominibus explicit. Fol. 107a. Sequitur de verbis. Fol. 134b. Sequitur de aduerbijs. Fol. 139b. Explicit breuilogus ludolfi per manus prnge (sic) ingrossatus Anno dni M<sup>o</sup> CCC lxxxvij (1388) magoncie.

**De nominibus officialium Acc. termini legales**, fol. 139b—153b. = *Epidome ecclesiasticæ rebus j. 26; Die Epi-*

Fol. 139b. De nominibus officialium. Fol. 153b. Explicant Termini legales.

**Astesanus de Asti**, Tabula seu expositio vocabulorum difficilium in toto jure, fol. 154—171a.

Fol. 154a. Incipit tabula, cet. Fol. 171a. Explicit collectus per astoxanum de astensi.

**Sententiae e Scriptura Sacra, ordine alphabetico**, fol. 171b—178b.

**822 (Eccl. 189, antea 295a.) Charta et membr. fol. 366 ff. 2 col.**

IV. C. 10

*Saec. XIV vel XV ineuntis.*

**(Joannes de Mera)**, Brachylogus.

Fol. 1a. Cum per utilium breuitatem librorum plurimi delectentur, cet. (In fine tabula).

„Hunc braxilogum legavit in testamento nobis Carthusiensibus prope Traiectum... Ven. dominus Franco Ouerdevecht qui obiit anno dom. 1414”, cet.

Cf. Moll, Kerkgesch. v. Ned. II 2 p. 263.

**823 (Eccl. 270, antea 292h.) Charta. 4°. 175 ff. Saec. XV.**

V. K. 8

**Polithecon ll. XII metrice**, ex variis poetis Latinis collecti, fol. 1—93.

Fol. 1a. Incipiunt capitula libri polithecon. Item incipiunt capitula primi libri

eiusdem. 1. Descripcio superbie. 2. De effectu eiusdem, cet. Fol. 5a. Incipit prohemium de commendacione huius operis. Hoc quicumque velis carmen cognoscere lector, cet.

**Prosper Aquitanus, Epigrammata**, fol. 94—128.

Fol. 94a. Iste prosper equitanicus gente aurilianensis episcopus fuit vir, cet.

**Joannes de Garlandia, Carmen de mysteriis ecclesiae, cum expositione marginali**, fol. 129—152a.

(Incip.) Anglia quo fulget quo gaudent.

**Bernardus Geystensis, Palpanista, metrice**, fol. 153—175a.

Cum emendationibus manus posterioris.

„Liber fratrum Carthusiensium prope Traiectum.”

*I.I.6* 824 (*Eccl. 251, antea 292c.*) *Charta. 4°. 163 ff. Saec. XV.*

**Algorismus**, fol. 1—28a. (29—31 vacant.)

Fol. 1a. Algorismus (sic). Pro omnium specierum Algoristicarum per denarios projectiles expeditione, cet. (In fine:) ... hoc enigma usque ad 107 exclusue. Explicit.

**De arte rhetorica**, fol. 32—86a.

Fol. 32a. Rethorica dicta est a resis, cet. (In fine:) .... Spectabiles ciues prudentes, etc. Fol. 66. De modo epistolandi. Fol. 71b. Sequuntur Elegantiae magistri Gasparini [Barzizii] pergamensis. Fol. 72b. Idem modus iam dictus de ordinatione epistolarum, cet. Fol. 73b. Iam dicendum est de elocutione, cet. Fol. 82b. Sequuntur colores vocum seu uerborum. Repetitio est unius dictionis in principio diuersarum clausularum iteratio, cet. Fol. 84a. Sequuntur colores sententiarum. Fol. 85b. Sequuntur via.

**Laur. Valla, De ratione dicendi paecepta**, fol. 86b—87b. (88—92 vacant.)

**Excerptum ex libello qui dicitur Loquagium, quem composuit Mag. Henricus de Kalkar ord. carthus. prior domus Coloniae, de arte rhetorica**, fol. 93a—101a.

(Incipiens:) Locucio est verborum et sentenciarum ydonea pro dicendis accommodacio. — Cf. Moll, Kerkgesch. van Ned. II. 2, p. 266, aant. 4.

**Oswaldus monachus ord. Carthus.**, Opus pacis secundum modum Carthusiensium, fol. 102—163.

Fol. 102a. Incipit prologus .... Quoniam difficultimum est ad correccionem librorum, cet. Fol. 103a. Sequuntur cauthele in correctione librorum obseruande generales. Fol. 163b. Explicit opus pacis in cartusia editum a fratre Oswaldo ibidem monacho pro libris corrigendis, deseruiens quibuslibet alijs domibus eiusdem cartusiensis ordinis. Aue maria pro scriptore [alia manu additum est:] Jo. Steritt, et ligatore. 1470.

„Pertinet ad Carthusienses prope Traiectum.”

825 (*Eccl. 506.*) *Charta. 4°. 52 ff. Saec. XV.**X. F. 11***Liber Topicorum**, fol. 1—21a.

Fol. 1a vid. infra. Fol. 2a. Iste est liber thopicorum. Propositorum quid negotij etc.

Fol. 21a. Explicant continuaciones duorum librorum thopicorum.

**Liber Elenchorum**, fol. 21b—52.

Fol. 21b. Iste est liber elenchorum. E sophisticis autem elenchis, cet. Fol. 36a.

Circa inicium libri Elenchorum secundi dicendum est, cet. (Fol. 52 mutulus).

Fol. 1a legitur: „Henricus Traiecti est possessor huius libri.” — Postea in archivio provinciae Ultrajecti.

826 (*Var. 411.*) *Membr. 4°. 32 ff. Saec. XV.**X. M. 22***Horatius** (poeta Romanus saec. XV), Poema in laudem Nicolai V P. M., et quaedam carmina minora.

Fol. 1a. Extr. e. Sabell. Hist. Ven. lib. 27 manu Arn. Buchelii. Fol. 2. Oratius p. Lun. sal. Alexander ille macedo, cet. Fol. 3. (Poema incipit): Divo N. Quinto P. M. Nulla tuis possunt preferri, cet. Fol. 29b. Venus aurea. Fol. 31a: Oratius Nichodemo felicitatem. Hic est qui etc. Fol. 36b: Ad Ill. princ. d. Franc. Sforz. ducem Mediolani.

„Hunc lib. emit in auctione S. Aldegondiana Aº 1599 Arn. Buchellius”. Cf. Vermulen, Van den levene ons heren, p. XLII. — Antea in archivio provinciae Ultrajecti.

827 (*Lat. 15.*) *Membr. 16°. 19 ff. Saec. XVI.**I. G. 3/***Benedictus Aegius Spoletinus**, De pyrope commentariolus, ad Franc. Alciatum.

Fuit Christophori Tantii Alciati. 1568. — „Nob. Virgo Sybilla Elisabetha op den Berge Davidi Flud van Giffen hunc libellum d.d. Aº 1673.”

828 (*Var. 95.*) *Charta. 8°. 125 ff. Saec. XVI.**VI. H. 1***Lambertus Hortensius**, Poemata inedita.

Fol. 1a. Notae quaedam Pt. Burmanni Secundi. Fol. 1b. Lamb. Hortensii Satyrarum lib. 2. Satyra 5 ad Henr. Sylium Amsterodamium anno 1555. Fol. 3a. Scripsi has sequentes usque ad Chorographiam Goiolandiae aº 1563 Nerdae ad scholam reversus. Fol. 84b. Chorographia Goiolandiae.... 1564 Traiecti. Fol. 92b. Quae sequuntur descripta sunt ex autographo Hortensii Nerda post obitum ejusdem allato a Wornikeldo. Ego autem ab Henrico Sylvio utendum accepi aº 1582. — Omnia scripta manu Henr. Antonidae vander Linden Nerdeni postea theor. prof. Franequerae.

In eodem vol. Lamb. Hortensii Satyrae VIII impr. Ultrajecti 1554; Satyrarum liber II. Ibid. 1552; Libri II Satyra II. Ibid. 1554.

„Emi Amstelaedami in auctione Joh. de Wit Judicis et Senat. quondam Amstelaed. Pt. Burmannus Fr. fil. Fr. nep. 1738.”

V. G. 14\*

**829** (*Hist. 26.*) *Charta. 4°. 175 ff. Saec. XVI—XVII.***Index rerum ac verborum in Bataviam Hadr. Junii, fol. 1—19.****Hadr. Junius**, Epistolarum selectarum centuria singularis. Acc. Praefatio typographi (sic) lectori, fol. 20—67.

Apographum anni 1590 (?) Major pars edita est a P. Scheltema (Amst. 1839).

**Pt. Junius**, Vita Hadr. Junii, fol. 68—70.**Carmina** in laudem Hadr. Junii, fol. 71—85.

Fol. 77—84: Jan. Douzae Manes Juniani,

**Hadr. Junius**, Epistolarum centuria singularis, fol. 86—175.

Major pars est edita anno 1652.

In eodem volumine: Hadr. Junii Batavia. Editio anni 1588. Cum emendationibus et notis nonnullis mss. Titulum et effigiem Junii adjecit Pt. Burmannus junior, e cuius bibliotheca volumen prodit.

VI. F. 1

**830** (*Var. 79.*) *Charta. 8°. 533 pp. 1586.***Jac. Sirmonodus**, Dictata in Pomponium Melam (1586), cum figuris, p. 1—280.**De magistratibus Imperii Romani** ecloga V, p. 281—343.**De comitiis Romanorum**, p. 344—347.**De nobilitate Romanorum**, p. 348—367.**De barba Romana**, p. 368—379.**Arithmeticae Compendium**, p. 380—423.**Valerius Reginaldus**, Annotationes in Compendium dialecticae, datae a. 1586, p. 424—533.

Omnia scripsit Et. Charlet.

I. K. 8

**831** (*Lat. 53.*) *Charta. 8°. 474 ff. 1588.***Jul. Caes. Bulengerus**, Commentarii in Statii Sylvam I, fol. 1—62.

Eiusdem Commentt. in lib. III Georgicon Virgilii, fol. 63—112.

In fine: „Carolus de Hacqueville tuus haec scripsit.”

(Eiusdem?) Annotata in lib. I Lucani de bello civili, fol. 113—210.

Eiusdem Commentt. in Ciceronis Orat. pro Murena, fol. 211—251.

Eiusdem Commentt. in Ciceronis Orat. in Pisonem, fol. 252—391.

(Eiusdem?) Commentt. in Ciceronis II lib. de Oratore, fol. 392—474.

E bibliotheca Collegii Parisiensis Soc. Jesu.

832 (*Lat. 47.*) *Charta. 8°. 455 ff. 1589.**I. K. 7***Jul. Caes. Bulengerus**, Annotata in Juvenalis Satyram V, fol. 1—132.

Eiusdem Annotata in Pap. Statii Sylvorum lib. II, fol. 133—208.

Eiusdem Annotata in Virgilii Georgicon lib. I, fol. 209—283.

Eiusdem Annotata in Ciceronis Orationem de provinciis consularibus, fol. 284—329.

Eiusdem Annotata in Ciceronis Orationem pro domo sua, fol. 330—424.

Eiusdem Annotata in Ciceronis Philippicam IX, fol. 425—455.

E bibliotheca Collegii Parisiensis Soc. Jesu.

833 (*Lat. 64.*) *Charta. 4°. 28 ff. Saec. XVI.**I. J. 19***Just. Lipsius**, De magistratibus veterum Romanorum.

Manu Arn. Buchelii. — Antea in archivio provinciae Ultrajecti.

834 (*Var. 34.*) *Charta. fol. et 4°. 46 pp. Saec. XVIII.**VII. A. 25***Is. Casaubonus**, Diarium (1597—1614) e MS. autogr., Cantuariae asserv., transscriptum ab archidiacono Joa. Battely et ab eo per litteras (1696—1708) missum ad Th. Janssonium ab Almelo-veen, qui notas nonnullas adjecit.

Vid. Is. Casauboni Epistolae curante Th. Janssonio ab Almelo-veen (Roterod. 1709) in Praefatione.

835 (*Hist. 134.*) *Charta. 4°. 66 ff. Saec. XVI—XVII.**V. H. 8***Pasquinus Martialis**, Opera, adjunetis iis quae diversis ejus nomine feruntur in regionibus. 1592.

Manu Arnoldi Buchelii. — Cum hoc titulo collecti sunt pasquilli et satyrae Latini, Gallici, Belgici, multi de rebus Belgicis saec. XVI—XVII. Nonnulli editi sunt a. v. doct. Vermeulen in diario: „Tijdschrift voor de geschied. van Utrecht” ann. 1847—1849.

Antea in archivio provinciae Ultrajecti.

836 (*Var. 365.*) *Charta. 4°. 196 ff. Saec. XVI—XVII.**VII. B. 5***Arn. Buchelius**, Farrago poematum juvenilium (1583—1591), fol. 1—103.

Elegiae, Epigrammata, Satirae, Epithalamia, Mélanges françoises, cet. Quaedam carmina posteriora B. et aliorum usque ad a. 1616 addita sunt.

Eiusdem Epistolarum farrago (Latine, Gallice), 1590—1621, fol. 104—196.

Antea in archivio provinciae Ultrajecti.

Zie B. L. Vermaerken in *Bijdragen en meded. v. h. Hist. Gen.* 69 (1954), p. 53

VII. E. 6

**837 (Var. 366.)** *Charta. 4°. 199 ff. Saec. XVI—XVII.***Poemata** errantia variorum de quibus dubitatur an edita, (1591—1637).

Descripsit Arn. Buchelius, fol. 2—78, 120—130, 136, 156, 157, 159b, 163b, 164, 168—188, 190—192.

Multa dicata sunt Arn. Buchelio et A. M. de Schurman. Accedunt quaedam poemata Gallica A. M. de Schurman (ex autogr.) et J. G. de Schurman: Poème en 50 couplets „A Son Excellence sur la prise de Bolduc”. Fol. 79—119 continent „Indicem diplomatum Summi Collegii Trajectini” (quae in Archivis prov. Ultraject. asservantur).

**Epistolae** quaedam, fol. 132—133, 141—152.

Arn. Buchelius ad Lambertum Snoye Mechlineae (Traj. Id. Dec. 1639); Andr. Colvius à Mlle A. M. Schurman (7 Apr. 1637). Sa réponse (8 Sept.). Andr. Colvius ad eandem (3 Nov.) Ad. Vorstius A. f. ad Jo. Beverovicium (26 Dec. 1638).

**Excerpta** quaedam, fol. 160—163, 165—167, 189, 193—199.

Antea in archivo provinciae Ultrajecti.

VII. E. 11

**838 (Var. 371.)** *Charta. 4°. 284 ff. Saec. XVII.***Arn. Buchelius**, Vitae eruditorum Belgicorum, ordine alphabeticō.

Antea in archivo provinciae Ultrajecti.

I. 21

**839 (Lat. 67.)** *Charta. 4°. 108 ff. Saec. XVII.***Arn. Buchelius**, Adversaria de vitis illustrium feminarum.

Antea in archivo provinciae Ultrajecti.

V. H. 6

**840 (Hist. 115.)** *Charta. 4°. 26 ff. Saec. XVI—XVII.***Arn. Buchelius**, Observationes circa ritus et mores mulierum (inchoatae a. 1592.)

Antea in archivo provinciae Ultrajecti.

I. J. 20

**841 (Lat. 66.)** *Charta. 4°. 69 ff. Saec. XVI—XVII.***Arn. Buchelius**, Adversaria de epitaphiis et sepulchrīs, de templis antiquis; Inscriptiones veteres quaedam, cet., 22 ff.

Ejusdem Convivium satyricum in quo varia nostri temporis vitia reprehenduntur, ad Hub. Buchelium, 14 ff.

In fine: Tuus ex animo cliens et cognatus Arn. Buchelius Ultraiect. Anno .... 1584 prid. calend. Aprilis ex Academ. Duacensi.

**G. Remus**, Notatiunculae ad Arnobii Adversus gentes disputationes, 3 ff.  
Manu Gisb. Lappi a Waveren. 1623.

**Janus Dousa**, Epistola ad amicum quandam, scripta Ultraj. IV Id.

Oct. 1603, 4 ff.

Eiusdem Apologiae pro Concionatore Nordovicano initium, ex ejus Adversariis excerptum, 6 ff.

In fine: Auctor morte preventus reliqui temporis historiam absolvere non potuit. — Haec opuscula J. Dousae ex bibliotheca Gisb. Lappii à Waveren.

**Casp. Sedulius**, Lamentatio Palladis ob paucitatem ejus signa sequentium, ad Joa. Axelium Canon. Ultrajectinum (Apr. 1527), 4 ff.

**(Ger. Moringus?)**, Epistola apologetica, 16 ff.

In fine: Vale ad Divi Trudonis e monasterio Benedictinorum Anno 1538 18 Maij. — G. Lappius censuit hanc Apologiam fuisse Ger. Moringi qui eo tempore in Monast. praed. lector S. Theol. fuit. — Manu Arn. Buchelii.

Antea in archivio provinciae Ultrajecti.

**842 (Var. 355.) Charta. 4°. 162 ff. Saec. XVI et XVII ineuntis.**

*VII. E. 3*

**Arn. Buchelius**, Adversaria.

Fol. 1 vacat. Fol. 2 Index. Fol. 3—42: Philoginos sive de mulierum laudibus liber. 1592. — Fol. 43—43b. B. Marcellini Vita S. Swidberti episc. Werdensis. — Fol. 43b—46. Ejusdem Vita S. Willeici canon. metropol. Eccles. Traiectensis. — Fol. 60—62. Epist. Heriberti [Rosweyde] Jesuitae ad Herm. Strick sacrif. Ultraject., s. a. — Fol. 65—73. Misoginos sive de mulierum vitiis liber. 1592. — Fol. 74—94. Observationes ex quotidiana desumptae praxi. — Fol. 95—101. Fragmentum Jani Douzae de controversia ecclesiastica. (Fol. 102—110 continent „Diplomata vici veteris” quae asservantur in Archiv. prov. Traject.). — Fol. 111—112: Observationes rerum Turcicarum ex ore et relation. Jo. Car. Ressensis Werdani qui a piratis captus est, cet. — Fol. 117b—122. Carmina Latina in Albis amicorum Ev. Vorstii, Pt. Scriverii, cet. — Fol. 127—128. Lettere del D. Molino Ven. al D. Heinsio (18 Jun. 1621). — Fol. 131b—132b. Ex observationibus Londinensibus Joh. de Witt (cum effigie theatri Londinensis *the Swan*). — Fol. 133—140. Lelii Capilupi Cento. Virgilianus de vita monachorum quos vulgo Fratres appellant.

Antea in archivio provinciae Ultrajecti.

**843 (Var. 369.) Charta. 4°. 97 ff. Saec. XVI—XVII.**

*VII. E. 9*

**Arn. Buchelius**, Miscellanea, Latine et Belgice.

De servis; de theatro et iudis; de alea tessera; de Petrarca; de funeribus Romanorum; de coronis, cet.

Fol. 13—20: Aanteekeningen omtrent de reis van Joan Berck naar Italie en zijn verblijf (als Ned. gezant) te Venetie (1623—27). — Fol. 63—71. Vita S. Willibrordi archiepisc. Traiectini, auctore Theofrido abate Epternacensi (excerpta), ex MS. cod. Epternac. — Fol. 83—85. Epist. Mart. Dorpii ad Des. Erasmus, s. a. (incip. Cave credas mi Erasme). — Fol. 88, 90. Betreffende Jan Simonsz Torrentius.

*VI. A. 16*844 (*Hist. 131.*) *Charta. fol. 97 pp. Saec. XVII.***Apographa**, excerpta, cet. pleraque manu Arn. Buchelii.

Insunt: Literae Val. Andreae ad G. Lappium de sua Bibliotheca Belgica (Lovan. 26 apr. 1640); Excerpta ex Annalibus Belgicis mss. Franc. Dusseldorpii; Excerpta „uyt oude mem. in Stadts reken.” (urbis Trajecti ad Rhenum) 1562, etc.  
Antea in archivo provinciae Ultrajecti.

*VII. B. 12*845 (*Var. 372.*) *Charta. fol. 53 ff. Saec. XVI, XVII.***Arn. Buchelius**, Catalogus librorum suorum, anno 1596 (usque ad a. 1631 continuatus).

Antea in archivo provinciae Ultrajecti.

*VI. H. 20*846 (*Var. 373.*) *Charta. 8°. 167 ff. Saec. XVI, XVII.*

Ejusdem Catalogus librorum suorum, in classes distributorum.

Ut supra.

*VII. E. 12*847 (*Var. 374.*) *Charta. 4°. 98 ff. Saec. XVII.*

Ejusdem Index alphabeticus librorum Latinorum qui sunt in sua bibliotheca.

Ut supra.

*VII. E. 13-15*848 (*Var. 376.*) *Charta. 4°. 3 pt. 52, 38 et 9 ff. 1602—1603.***(P. Cz. Hooft)**, Notae in Livium, Xenophontem, Suetonium.

Adscriptum est: „Excerpta P. C. Hooftii ex auctoribus variis.” Quaedam postiore manu adjecta sunt. — Ex archivo provinciae Ultrajecti.

*VI. H. 9 - 12*849 (*Var. 356.*) *Charta. 8°. 14 fascic. 2084 pp. 1616—1625.***Gisb. Lapp van Waveren**, Loci communes sive adversaria.

Vol. I: Jurisconsultorum chronicon; Consiliarii Consilii Ultrajectini ab a. 1530. 122 pp. II. Annales magistratus Ultraject.; Catalogus celebr. medicorum Ultraject. 121 pp. III. Animalia, Venatio. 160 pp. IV. Pisces et Serpentes. 106 pp. V. Arboris, Herbae, Flores. 116 pp. VI Homo. 132 pp. VII. Mundus, Coelum, Tempus Ventus, Morbus, Remedium, Venenum. 156 pp. VIII. Themata et problemata. 134 pp. X. Peccata, Sacraenta, Sacramentalia. 132 pp. XI. Haeretici, Schismatici, Magi et Magia. 132 pp. XII. Ordines religiosi, equestres, fraternitates. 143 pp. XIII. Observata abecedaria. 1625. 344 pp. XIV. Observationum vol. XLIX. Scribi eaepsum sub initium a. 1625. 452 pp. — Voll. XIII, XIV continent multa Trajectensia.

Antea in archivo provinciae Ultrajecti.

- 850 (*Var. 379.*) *Charta.* 8°. 28 ff. 1620. II. H. 21  
**Ant. Aemilius**, Scholae Ultraject. rector, Libellus de Graecorum tonis  
 seu accentibus.  
 Scripsit C. Booth. 1620.  
 Antea in archivo prov. Ultrajecti.
- 
- 851 (*Var. 380.*) *Charta.* 12°. 82 ff. Saec. XVII. VI. H. 22  
 (Ejusdem) Libellus de tonis Graecorum.  
 Antea in archivo prov. Ultrajecti.
- 
- 852 (*Var. 75.*) *Charta.* 8°. 75 ff. 1628. V. L. 37  
 Ejusdem Libellus de tonis Graecorum. Acc. ejusdem excerpta et annotationes.
- 
- 853 (*Var. 382*) *Charta.* 4°. 404 ff. 1621—1623. I. M. 20  
**Corn. Booth**, Themata, Excerpta, Orationes et Carmina juvenilia.  
 Antea in archivo prov. Ultrajecti.
- 
- 854 (*Lat. 63.*) *Charta.* 4°. 17 ff. 1623. I. L. 18  
 (Ejusdem) Adversaria de ritibus et moribus veterum.  
 Antea in archivo prov. Ultrajecti.
- 
- 855 (*Var. 406.*) *Charta.* 4°. 36 pp. 1627. VII. F. 9  
 Ejusdem Catalogus librorum suorum.  
 Antea in archivo prov. Ultrajecti.
- 
- 856 (*Var. 89.*) *Charta.* 4°. 47 ff. Saec. XVII. VII. C. 21  
**Janus Vlitius**, Notae autogr. in Gratium et Nemesianum.  
 In fine: Epistola J. V. juveni Wilh. a. Crommoni, s. a.
- 
- 857 (*Ack. 36.*) *Charta.* 4°. 41 pp. Circa 1650. O. E. 25  
**Alex. Morus**, Dictata de introductione ad lectionem Annalium Taciti.  
 Donum Viduae v. cl. J. Ackersdijck.
- 
- 858 (*Hist. 161.*) *Charta.* fol. 262 pp. Circa 1650. VI. E. 26  
**Nic. Lastdrager**, Adversaria sive loci communes ex variis Gr. et Lat.  
 scriptoribus excerpti.  
 Cum indice alphabet. rerum de quibus agitur. — Antea in archivo prov. Ultrajecti.

*VII. E. 16, 17*859 (*Var. 381.*) *Charta. 4°. 2 fasc. 241 ff. 1652—1653.***Ev. Booth**, *Themata Latina et Belgica.*

Antea in archivo prov. Ultrajecti.

*I. G. 4*860 (*Gr. 582.*) *Charta. 8°. 164 pp. Saec. XVII.***Theod. Uchtemannus** Groningensis, *Hermenia*, in qua selectiora Graecorum Epigrammata partim expressit, partim eorum lemmata tantum secutus est. Acc. ejusdem carmina Latina, cet.*VII. M. 42*861 (*Var. 377.*) *Charta. 4°. 65 pp. Circa 1650.*  
**Dictata** (?) in Ciceronis Orationem pro Milone.*III. G. 18*862 (*Var. 122, antea 261pp.*) *Charta. 4°. 274 pp. 1655(—1656.)*  
**Joh. Frid. Gronovius**, *Flores ex Plauto* (Dictata).  
Scripsit Sam. ten Nuyl.*VII. G. 19*863 (*Var. 123, antea 261nn.*) *Charta. 4°. 649 pp. 1650?—1651.*  
Ejusdem Excerpta Plautina (Dictata), p. 1—432.  
Ejusdem Excerpta Terentiana (Dictata), p. 433—649.  
(In fine:) 1651 26 Augusti.*VII. G. 14*864 (*Var. 119, antea 261oo.*) *Charta. 4°. 173 pp. 1698.*  
Ejusdem Excerpta Terentiana (Dictata).  
In fine: „Finem indicis et excerptorum Jac. Gronovius absolvit.*VII. F. 22*865 (*Var. 127, antea 261rr.*) *Charta. 8°. 467 pp. 1661.*  
Ejusdem Electa Petroniana ex variorum authorum scriptis exemplis illustrata. (Dictata.)  
„Justus Smit me possidet.”*VII. D. 5*866 (*Var. 97.*) *Charta. 4°. 147 ff. 1665—1666.*  
Ejusdem Praelectiones ad Herodianum.  
Manu Gisb. Cuperi, qui notas adjecit.*VI. H. 3*867 (*Var. 124, antea 261ss.*) *Charta. 8°. 450 pp. 1673.*  
Ejusdem Notae in Ciceronis Epistolas ad Atticum. (Dictata?)  
In fine: „.... Explicit in aedibus domini mei et hospitis liberalissimi Pt. Pelgrom a. d. 3 Id. Sept. a° 1673.”

868 (*Var. 74, antea 261mm?*) *Charta.* 12°. 172 pp. *Saec. XVII.*  
**(Joh. Frid. Gronovius?)** Observata quaedam ex variis scriptoribus antiquis.

VI. H. 18

869 (*Var. 378.*) *Charta.* 4°. 34 pp. 1654.

VII. M. 43

**Dictata** in Juvenalis Satyras.

Antea in archivo prov. Ultrajecti.

870 (*Ack. 35.*) *Charta.* 4°. 30 pp. *Circa 1660.*

O. E. 24

**Notae** in Phaedrum.

Donum Viduae v. cl. J. Ackersdijck.

871 (*Var. 388.*) *Charta.* 4°. 34 pp. 1662, 1666.

I. M. 21

**Joh. Geo. Graevius et Joh. Frid. Gronovius**, Dictata ad Justinum.

Scrispsit Jac. de Goier. — № 871—876 ex archivo prov. Ultrajecti.

872 (*Var. 375.*) *Charta.* 4°. 109 pp. 1664.

V.K. 19

**Joh. Geo. Graevius**, Dictata ad Florum.

Scrispsit Jac. de Goier.

873 (*Var. 375a.*) *Charta.* 4°. 178 pp. 1679.

V.K. 15

Eiusdem Dictata ad Florum.

Ex libris Ant. de Goyer.

874 (*Var. 375b.*) *Charta.* 4°. 132 pp. 1668.

V.K. 17

Eiusdem Dictata ad Terentium.

Scrispsit Jac. de Goier.

875 (*Var. 375c.*) *Charta.* 4°. 252 pp. 1668.

V.K. 18

Eiusdem Dictata ad Suetonium.

Scrispsit Jac. de Goier.

876 (*Var. 375d.*) *Charta.* 4°. 368 pp. 1668—1669.

V.K. 16

Eiusdem Dictata ad Suetonium (cum additamentis).

Scrispsit Jac. de Goier.

877 (*Var. 126.*) *Charta.* 8°. 88 pp. 1676.

VII. F. 5

Eiusdem Dictata in Phaedrum.

Scrispsit C. Schulting Joh. fil.

O. E. 26.

878 (*Ack. 37.*) *Charta. 4°. 41 pp. 1666.***Notae in Cornelium Nepotem.**

Donum Viduae v. cl. J. Ackersdijck.

VII. T. 2

879 (*Var. 93.*) *Charta. 8°. 101 ff. 1677.***Theod. Rijckius,** Dictata ad Justinum.

I. H. 8

880 (*Lat. 51.*) *Charta. 4°. 78 ff. 1678.***Q. Horatius Flaccus,** De arte poetica liber cum notis Theod. Janssonii ab Almeloveen.

V. M. 6

881 (*Var. 52.*) *Charta. 4°. 429 pp. Saec. XVII.***Theod. Janssonius ab Almeloveen,** Orationes, manu propria scriptae.Acc. Poema Ital. et Hispan. J. Tollii in honorem auctoris et  
quaedam Orationes juvenum, variis man. scriptae.

I. J. 8

882 (*Lat. 46.*) *Charta. 8°. 266 pp. Saec. XVII.*

Ejusdem Collectanea de poenis et tormentis apud veteres.

I. J. 11

883 (*Lat. 54.*) *Charta. 4°. 537 pp. Saec. XVII.*

Ejusdem Collectanea de antiquorum lavandi ritibus et de balneis veterum. Cum imaginibus.

I. M. 8

884 (*Var. 54.*) *Charta. 4°. 143 ff. Saec. XVII.*Ejusdem Annotationes de derivatione vocum quarundam Belgicarum,  
ordine alphabeticō, fol. 1—74.Ejusdem Annotationes quaedam in Scriptores Graecos et Latinos, fol.  
75—143.

V. K. 8

885 (*Var. 55.*) *Charta. 4°. 194 pp. Saec. XVII.*

Ejusdem Adversaria philologica.

Saturni fabula exposita. Serapis unde dictus. Derivatio vocum quarundam Belgicarum, sub titulo: „Der Hollandsche taals oorsprong.” Auctorum quorundam judicia ac testimonia de Proba Falconia. Probae Falconiae Cento ex Virgilio cum scholiis Henr. Meibomii. Annotationes quaedam in scriptores Gr. et Lat.

V. M. 7

886 (*Var. 53.*) *Charta. 4°. 144 pp. Saec. XVII.***Marcus Aurelius Severinus,** Carmina quaedam autographa et aliorum  
ad eum, 1642—1655, 31 pp.

**Bern. Costerus**, Epistola autogr. ad Th. Jansomium ab Almeloveen,  
de patria Erasmi, 21 pp.

**Adversaria quaedam historica**, 92 pp.

Pag. 4. Carmen de Tragora e Cod. Seriveriano Hedae. Pag. 4. De decimis novationibus in Gelria. Pag. 81. Fundateurs van de Abdie van Leuwenhorst etc. Pag. 91. Castrum Traiectum.

887 (Var. 449.) *Charta. 4°. 222 ff. 1697.*

**Lectiones de antiquitatibus.**

Manu, ut videtur, Pt. Burmanni. Initium lectionis VI deëst.

888 (Var. 91.) *Charta. 4°. 65 ff. Saec. XVII.*

VII. D. 2

**Praecepta brevia de lingua Graecorum communi.**

889 (Var. 94.) *Charta. 8°. 17 pp. Saec. XVII exeuntis.*

VII. F. 3

**Corn. Schulting**, Oratio in laudem graecae linguae.

Manu auctoris.

890 (Var. 96, antea 261r.) *Charta. 4°. 115 pp. 1688.*

VII. D. 4

**Jac. Gronovius**, Notae ad varia scripta Luciani. Cum indice alphabet. vocum Graecarum.

In fine: Finis Collegii V. Id. Apr. 1688.

891 (Var. 116, antea 261y.) *Charta. 4°. 411 pp. 1695.*

VII. G. 13

Eiusdem Dictata in Suetonium.

892 (Var. 114, antea 261bb.) *Charta. 4°. 625 pp. 1696—1698.*

52 vol. VII. f.

Eiusdem Dictata in Livii Historiarum lib. I—X et XXI—XLV.

893 (Var. 111, antea 261dd.) *Charta. 4°. 353 pp. 1696.*

VII. D. 12

Eiusdem Dictata in Justinum. Acc. alia Dictata in eundem.

894 (Var. 118, antea 261cc.) *Charta. 4°. 173 et 86 pp. 1697.*

VII. D. 15

Eiusdem Dictata in Florum. Acc. alia Dictata in eundem.

895 (Var. 121, antea 261ff.) *Charta. 4°. 131 pp. 1698.*

VII. G. 17

Eiusdem Dictata in Pomponium Melam.

*VII. G. 15*896 (*Var. 120, antea 261z.*) *Charta. 4°. 191 pp. 1699.*

Eiusdem Dictata in Taciti Historias.

*VII. G. 16*897 (*Var. 120, antea 261aa.*) *Charta. 4°. 209 pp. 1704.*

Eiusdem Dictata in posterius fragmentum Annalium Taciti (lib. XI—XVI).

*VII. G. 2*898 (*Var. 98, antea 261p.*) *Charta. 4°. 88 pp. 1699.*

Eiusdem Dictata in Herodiani Historiarum lib. I.

*VII. D. 10*899 (*Var. 107, antea 261q.*) *Charta. 4°. 208 pp. 1699—1700.*

Eiusdem Dictata in Appianum.

Scripsit Joh. Fred. Nilant.

*VII. D. 13*900 (*Var. 113, antea 261dd.*) *Charta. 4°. 132 pp. Circa 1700.*

Eiusdem Dictata in Sallustium.

*VII. D. 14*901 (*Var. 117, antea 261hh.*) *Charta. 4°. 128 pp. 1699.*

Eiusdem Dictata in Ciceronis lib. de officiis.

*VII. G. 9*902 (*Var. 112, antea 261ee.*) *Charta. 4°. 360 pp. Circa 1700.*

Eiusdem Dictata in Ovidii Metamorphoses.

*VII. D. 9*903 (*Var. 106, antea 261o.*) *Charta. 4°. 259 pp. 1700.*

Eiusdem Dictata in Sophoclis Oedipum Coloneum.

Scripsit Joh. Fred. Nilant.

*VII. D. 11*904 (*Var. 108, antea 261m.*) *Charta. 4°. 189 pp. 1700—1701.*

Eiusdem Dictata in Arriani Hist. expedit. Alexandri.

Scripsit Joh. Fred. Nilant.

*VII. D. 8*905 (*Var. 105, antea 261n.*) *Charta. 4°. 259 pp. 1701—1702.*

Eiusdem Dictata in Aristophanis Nubes.

Scripsit Joh. Fred. Nilant.

*VII. D. 6*906 (*Var. 103, antea 261ll.*) *Charta. 4°. 108 pp. 1710.*

Eiusdem Dictata in Homeri Iliados lib. I—III. Habita a. 1704.

Descripta ex chartis Joh. Fred. Gronovii (junioris). 1740.

907 (*Var. 100, antea 261u.*) *Charta. 4°. 150 pp. 1710.*

VII. G. 7

**Jac. Gronovius**, Dictata in Aeliani Varias historias. Habita a. 1708—1709.

Descr. ex chartis filii ejus Joh. Fred. Gronovii.

908 (*Var. 435, antea 261kk.*) *Charta. 4°. 68 pp. Cum indice. 16*

VII. E. 57

*pp. 1708.*

Ejusdem Dictata in Sophoclis *Αἰαντα μαστιγοφόρου*.

909 (*Var. 110, antea 261s.*) *Charta. 4°. 60 pp. 1709.*

VII. G. 18

Ejusdem Dictata in Hesiodi Opera et dies.

Descripta ex chartis Joh. Fred. Gronovii.

910 (*Var. 104, antea 261ii.*) *Charta. 4°. 68 pp. 1709.*

VII. D. 7

Ejusdem Dictata in Polybii Historiarum lib. I.

Descripta ex chartis N. Cr. (sic).

911 (*Var. 102, antea 261t.*) *Charta. 4°. 63 pp. 1710.*

VII. G. 6

Ejusdem Dictata ad Xenophontis Cyropaediae II. VI priores.

Descripta ex chartis Joh. Fred. Gronovii.

912 (*Var. 128, antea 261gg.*) *Charta. 4°. 190 pp. Saec. XVIII ineuntis.*

VII. D. 16

Ejusdem Excerpta ex Ciceronis Epistolis (Dictata).

913 (*Var. 84.*) *Charta. 4°. 102 ff. 1697, 1702.*

VII. C. 16

**Lud. Smids**, Ulysses sive geographia antiqua et nova, carmine perpetuo conscripta scholiisque illustrata, fol. 1—60.

In fine: Dixi die 7 Junij 1697. — Manu auctoris.

Ejusdem Geographia Justini, Corn. Nepotis, Flori et Taciti, fol. 61—102.

In fine: Absolvit 3 Aug. 1702. — Manu auctoris.

914 (*Var. 90.*) *Charta. 4°. 37 ff. 1700.*

VII. D. 1

Ejusdem Oedipus numismaticus s. nomenclator geographicus nummorum Graecorum.

Manu auctoris.

VII. C. 15 915 (Var. 83.) *Charta. 4°. 367 pp. 1702.*

**Lud. Smids**, *Phosphorus historicus s. tabulae chronologicae histori-  
corum atque poetarum citatis locis illustratae.*

Manu auctoris.

VII. C. 17 916 (Var. 85.) *Charta. 4°. 129 ff. 1708.*

Eiusdem *Observationes in Imperatorum Romanorum numismata.*

In titulo partis I legitur: *Dictata sunt Lud. Smids. Scriptum Dn. Corn. Nicolai  
p. m. juvenis politissimi. — Pars II eum titulo (manu L. Smids:) De Loode Munt-  
kas, He deel, behelsende buiten Keisers en Koningen, Vorsten, Krijgsoversten,  
Ministers en Raaden, Geleerden en Konstenaaren naar het A. B. C. bij een gebracht  
41 Julii 1708. — Plurima sunt addita manu auctoris.*

O. E. 24. 917 (Ack. 38.) *Charta. 4°. 17 pp. Saec. XVIII ineuntis.*

**Dictata de historia literaria Romana.** (Fragmentum.)

Donum Viduae v. cl. J. Ackersdijck.

VII. D. 20 918 (Var. 132.) *Charta. 4°. 267 pp. Saec. XVIII.*

**Pt. Burman**, *Nomina eorum ad quos leges in Codice Justinianeo sunt  
scriptae*, fol. 1—92.

Eiusdem *Nomenelator artificum (Romanorum)*, fol. 93—205.

Eiusdem *Index disputationum et dissertationum variarum quae in aliquot  
volumina conjectae sunt*, fol. 206—267.

Manu auctoris.

V. K. 11 919 (Var. 139.) *Charta. 4°. 24 pp. Saec. XVIII.*

**Manere unumquemque intra fortunam suam debere**, sive Rusticus  
urbane institutus. *Fabella comica.*

III. F. 1 920 (Lat. 48.) *Charta. 4°. 110 pp. Saec. XVIII.*

**Aug. Dathus Senensis**, *De variis loquendi figuris sive de modo scri-  
bendi libellus*, pag. 1—62.

**Elegia ad Sodales**, pag. 63.

Παρανέσεις καὶ Τπεθηκαι πλεῖσται τῆς ἀγίας γραφῆς περὶ τῶν τῶν νέων καθή-  
κοντος; (Graece et Latine, 1752), pag. 64—110.

VI. H. 17 921 (Var. 76.) *Charta. 12°. 44 pp. Saec. XVIII.*

**Observata** quibus verba primitiva Graeca adeoque verborum origines  
pervestigantur.

E disciplina Tib. Hemsterhuis.

- 922 (Gr. 20.) *Charta. 2 vol. 4°. 274 et 256 pp. Saec. XVIII.* I. C. 8.9  
**Isebr. Eilh. Harkenroth,** *Lectiones literariae ad Glossas Latino-Graecas Philoxeni. Lit. A—C.*
- 
- 923 (Lat. 52.) *Charta. 4°. 450 pp. Saec. XVIII.* I. J. 60  
(Ejusdem) *Liber Glossarum ex variis Glossariis quae sub Isidori nomine circumferuntur collectus.*
- 
- 924 (Gr. 21.) *Charta. 4°. 186 pp. Saec. XVIII.* I. C. 10  
Ejusdem *Lectiones literariae graeco-latinae ad Corn. Frontonis grammatis vet. fragmenta.*
- 
- 925 (Gr. 24.) *Charta. 4°. 66 pp. Saec. XVIII.* I. E. 4  
*Notae ad quaedam fragmenta Scriptorum graecorum, maxime poetarum.*  
